1 Si vasallus. †Illud quod fit per vasallū de suo feu. siue per iudiciū siue per transactionem haberi debet ratum per dominū ⁊ id quod sibi datur nomine transactionis nō cēsetur feu. h. d. No. quod †vasal. habet legitimam personam compa- 2 randi in iudicio pro re feudali ⁊ in agendo ⁊ in defendendo: tale iudicium ⁊ sententia ac inde secuta erunt valida ⁊ proderunt ⁊ nocebunt domino siue ignoret siue sit presens siue absens dummodo non fiat fraudulenter vt. S. dixi ⁊ non presumitur fraus nisi ꝓbetur. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. ad quod facit. S. que fuit pri. causa ben. amit. §. preterea. presumitur enim ꝓ processu ⁊ sententia propter autoritatem iudicij. l. res iudicata. ff. de re iudi. secundum And. de iser. si tamen vasal. potuit denunciare. ⁊ tunc dicit Bald. quod eo ipso videtur ⁊ intelligitur esse fraus cōmissa per. l. creditor. de distr. pig. quod est not. dignum. secūdum autē intellectū And. ad hoc vt preiudicet domino ignoranti est necesse quod dominus veniat ex persona vasal. si enim vellet ex persona sua venire nō preiudicaret sibi gestum cum vasal. no. quod vasal. qui nō potest obtinere in causa feudali potest per transactionem sibi consulere. vt hic. ⁊ in. d. c. j. de contro. inter vasal. ⁊ alium quod qualiter intelligi debet statim dicam. an autem super iuribus decimalibus possit transigi dic vt in. c. statuim⁹ de transac. no. qꝺ illud qꝺ nomine transactionis percipitur non succedit loco rei nec est feu. ad quod facit. l. controuersia cū ibi no. ff. de trāsac. quod verum est quando percipitur aliquid extrinsecum. puta pars ipsius feu. quia tunc retinens non intelligitur nouo titulo acquirere. C. de transac. l. si pro fundo secundum Bal. Oppo. cōtra tex. ⁊ cōtra ea supradicta ⁊ primo quod talis sentētia lata in personam vasalli nō debet extendi ad personam domini, per regulam res inter alios acta ⁊ c. l. sepe. ff. de re iudi. Et timore hui⁹ contrarij dixit Bal. breuiter se expediendo quod vasal. hic denūciauit domino vel saltē, fecit quod potuit vt domin⁹ sciret. facit l. creditor hypothecas. C. de distra. pig. hoc modo videꝫ euitare cōtrarium. Et hec solutio potest esse vera, quia imputeꝫ sibi si dominus fuit negligens per ea que dixi. S. ti. proxi. c. j. sed tamen qꝫ videtur diuinare quantum ad istum text. Idcirco Andr. de iser. dixit quod debemus considerare quod interdum vasal. agit ad rem feudalem contra alium possidentem ⁊ vterqꝫ dicit ad se spectare iure feudi ⁊ ab eodem domino: tunc quia causa ista ventilari debet coram domino feu. vt. j. de probi. feu. alie. per Fede. §. penul. quod tamen intelligas vt ibi no. ⁊ dixi S. de contro. feu. apud pares termi. Et isto casu cum domin⁹ nō possit pretendere ignorātiam, tunc siue sciat siue ignoret sibi fiet preiudicium adeo qꝺ si dominus in futurum vellet venire ad vēdicandum dictum feudum a vincente ex persona illius qui succumbit quia forte vel cōmisit aliquod delictum vel decessit sine herede masculo: vnde dicat dominus sibi apertum feu. ex illius persona ipse possessor qui vicit poterit repellere dominum exceptione rei iudicate. ar. l. si hereditatem. §. iulian. ff. de excep. rei iudi. sicut potuisset repellere victum. l. quod temporis. ff. de re iud. Sed. interdum vasallus agit ad rem suam dicit feudalem ⁊ cōtra alium possidētem ipsam rē qui se defendendo dicit dictam rem esse suam propriam ⁊ nō feudalem. ¶ Tunc vasallus agens habet necesse probare duo vꝫ. et primo quod ille qui sibi infeudauit est dominus. item quod dedit sibi in feudum que duo si non probauerit pronūciabitur pro possessore: quia absoluetur a petitione ipsius agētis: vnde si isto casu vellet postea venire domin⁹ ex persona victi tāꝗ vasalli, dicens quod erat vasal. ⁊ decessit sine herede vel commisit delictuꝫ ex quo feud. est sibi deuolutum, ⁊ per consequens vellet vendicare ab ipso possidente qui per sententiam obtinuit cōtra ipsuꝫ vasal. tūc etiam isto casu dominus repelleretur per exceptioneꝫ rei iudica. siue sciuerit siue ignorauerit de primo processu ⁊ iudicio vt in isto. c. ⁊ est ratio quia victus potuit litigare de iure suo quod pretendebat vt in. §. i. de inuesti. de re. alie. facta. Sed si dominus vellet vendicare dictam rem tanꝗ suam ⁊ iure proprio non veniēdo ex persona predicti vasal. iam victi: tunc non preiudicaretur sibi quia agit nunc de iure suo. Non enim poterit prohibere vasal. victum quin ius suuꝫ experiretur: ergo nō debuit sibi nocere etiā si fuisset sciens. d. l. sepe. §. cui autem. nec istud. c. in hoc dicit ꝯtrarium: sed tantum loquitur quando dominus diceret sibi apertuꝫ feud. ⁊ vtile dominiuꝫ ex persona vasal. victi. ⁊ ideo notanter dicit tex. omni tempore firmum ⁊ erit id iudicium scilicet sine preiudicio iuris domini qꝺ non potuit de dn̄o per vasal. victuꝫ in preiudicium domini agi. licet in suum preiudicium sic per. d. l. sepe. ⁊ predicta non procedunt secundum And. qn̄ vas. conuenitur in iudicio per alium non possidentem qui dicit ⁊ alle. dictam rem spectare ad se iure proprio ⁊ nō ad vas. neqꝫ ad dominum vasal. tunc isto casu dicit ipse si agens obtineat fiet preiudiciuꝫ domino scilicet ⁊ vigore illius sententie poterit iste qui obtinuit semper repellere ipsum dominum agenteꝫ siue velit ex persona sua venire siue ex persona sui vasal. victi. ⁊ est ratio quia ista causa principaliter ipsius a vasalli tamē tangit etiam ius domini. debebat enim dominus sciēs defendere causam ⁊ probare rem suam esse secus autem si fuisset ignorans: tunc nō pateretur preiudicium per. d. l. sepe. ex predictis itaqꝫ patet quod istud. c. cum similibus tātum habet locum quādo dominus ex persona vasal. victi vel vincentis vellet venire quia siue sciuerit siue ignorauerit iudicium vētilatum semper erit firmum etiam in preiudicium ipsius domini quia vasal. de iure suo agere potuit. nec potuit per dominum impediri vt. S. dictum est. Oppo. secundo contra dictam primam partem quod imo domino ignoranti non fiat preiudicium ex sentētia lata contra vasal. quia vasa. conuentus debuit dominum suuꝫ nominare

in iudicio vt no. glo. in. l. ij. C. vbi in rem actio. vnde sententia lata contra vasal. non debet posse parere domino preiudicium ex predictis: fatendo; contrarium, dicatis quod nõ fiat preiudiciũ alicui quod domino absenti & ignoranti, quod imo etiã si fuisset facta executio adhuc dominus posset comparere & vti iure suo non obstante dicta sententia. l. fin. C. si per vim vel alio modo. & tenet Innoc. in. c. quoniam frequenter. §. quod si super rebus. extra vt li. non conte. & doc. in. d. l. ij. non ob. modo istud. c. quia vel soluam⁹ secundum intellectum Bald. quod hic vasal. denunciauit domino vel non stet per ipsum. ita quod apparet quod vasal. nõ est in aliqua fraude. & isto modo concor. istud. c. cum dictis iurib⁹, vel possumus soluere secundum And. de Iser. quod dominus non excludatur iure suo si velit venire ex persona sua vt in cõtrarijs. secus autem si vellet venire ex persona vasal. quia tunc quod obstabat vasal. obstabit & domino vt. §. dictum est in precedenti contrario. Opp. iij. contra dictam primam partem quod imo tale iudicium non potest preiudicare domino ignoranti ex eo quod feu. non potest alienari ipso ignorãte vt. j. de probi. feud. alie. per Loth. & de pbi. feu. alie. p Fed. Sol. ibi loquitur in alienatiõe volũtaria, hic autẽ in necessaria que fit per sententiã cum iudiciũ reddantur in inuitum. l. inter stipulantem in princi. ff. de verborum obligationibus ad quod facit. l. j. ff. de fun. do. & l. si filio. §. penult. ff. solu. ma. & no. j. de probi. feud. alie. per Fede. Oppo. contra secundam partem que admittit transactionẽ factam per vasallũ in preiudiciũ domini, & tamen ipsa transactio est volũtaria. l. ij. ff. de trãsac. l. si diuersa. & l. cum donat. C. eodem titu. vnde per trãsactionem erit apta via fraudandi & circumueniendi dictas constitutiones loth. & Fede. que prohibent alienationes. cum partes poterunt fingere transactionem sub colore alienationis quod esse non debet. l. scire oportet. ff. de tut. & cu. datis ab his. hic loquimur de trãsactione que fit timore litis & iudicij futuri quod vere fiebat vel sperabatur fieri sine aliqua circumuentione arg. l. in summa. in princ. ff. de condi. indebi. & probatur de contro. inter vasal. & alium. & id dixit Bal. in. c. j. in princi. in. vj. colum. j. de probi. feu. alie. per Fed. quod vbi lis posset de facili liquidari quia non esset valde dubia, tunc non procederet huiusmodi transactio de feudo: quia censeretur donatio. l. j. §. quod si. ff. si quid in frau. patro vel possum⁹ dicere quod istud. c. intelligitur semper quãdo vasallus denũnciauit domino vel per ipsum stetit secundum lec. Bald. vel quod ista transa. tenebit solum quãdo dominus velit venire ex persona vasalli non autem si velit venire ex propria secundum lecturaz Andre. de Iser. vel possumus secũdũ aliã. & Andr. dicere quod istud c. loquitur quãdo per transactionem retinet sibi feu. & dat aduersario pecuniam vel aliquid aliud quod valet vt in simili in. l. pro fundo. C. de transac. facit no. in. c. veniens. & c. de cetero. de transa. & in. c. peruenit de arbi. & hoc etiam voluit Bald. in. c. j. in prin. in pe. col. j. de probibi. feud. alie. per fe. Contrarium loquitur quando vellet per transactionem transferre feu. in aliũ, & recipere pretium seu estimationem, quod non licet: quia tũc habet loco venditionis. l. e litis. ff. pro emptore. & tenet Iac. ardi. in sum. titu. qui mo. feu. amit. sub rubricella an litis estimationez possit recipere. & facit quia qui non potest rem alienare non potest sub ea transigere. l. j. cum ibi no. in gloss. ff. aduer. rem indi. l. nõ solum de predi. minorum. not. in. c. veniens. & c. de cetero. de transact. in. l. preses. C. de transactionibus sicut ergo vasal. non potest alienare, ita non potest transigere: tamen iste intellectus licet in se sit verus est cõtra literam istam in qua apparet quod vasal. potest trãsigere & dimittere feudũ & aliquid accipere loco rei feudalis. ideo melior est intellectus Bal. & erit limitatio ad predictam regulaz: quia ex quo denunciauit domino & fecit quicquid potuit vt domino denũciaret & pro rei tuitione hoc casu possit vasal. transigere: ita loquitur tex. noster. vel etiam melior erit so. & intellectus And. quod possit vasal. transigere in preiudicium suum & domini si vult venire ex persona vasal. simile no. imo. in. d. c. veniens. & c. de cetero. Si prelatus qui non potest transigere vel alienare de rebus eccle. hoc facit preiudicabit sibi, imo & heredibus suis per nos. in. c. ex presentium. de pigno. vide ad predicta que dicam in. c. j. de contro. inter vas. & alium de bene. & ideo etiam dicimus quod de re feudali nõ potest vasallus compromittere sine consensu domini in. c. cum tempore. vbi bonus tex. ibi doc. de arb. licet in cõtrarium teneat spe. in ti. de arbi. §. restat. ver. sed nunquid vasal. & laudo in. l. j. §. & post operis. ff. de oper. no. nunc. & in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. j. ff. de iureiu. & primaz opi. tenet hos. in sum. titu. de arbi. §. sed queritur. ver. sed nunquid vasal. sed ex mente. d. Anto. & panor. in. d. ca. cum tempore potest hec intricatio reduci ad id quod hic dicimus de transactione. quia si ex laudo vel sententia arbitratoris vel arbitri pronunciatur abdicendo rem feudalẽ a vasal. et transferendo in alium & nõ vz neqz compromissum neqz laudum sine sententia & procedit opin. doc. in. d. c. cũ tempore. & host. in summa. aut pronunciauit non transferendo feu. de vas. in alium & vz. ita procedit opi. spe. idem dicerẽ de emphyteota. licet Bal. in. l. fi. §. fin. C. cõmunia de le. dicat quod potest compromittere ad predictam distinctionem facit qđ not. Barto. in. l. nulli. ff. de trãsac. Bal. & saly. in. l. preses. C. de transac. in. l. j. C. si aduer. transac. in. l. si pro fundo. C. de transac. & solet allegari gl. in. l. pe. C. de vsuca. pro; emp. & idem dicit, an possit deferre iuramentum litis decisiuum. nam ludo. in. d. l. iusiurã. quod ex cõuentione, tenet quod sic. gusl. de cu. dicit contra. vos dicite aut per iuramẽtuz sequitur quod feu. venit ad iudicandum & transferendum in alium & non possit deferre. aut non venit transferendum in alium & possit trãsferre iuramentum per predicta. vel etiam redeundo ad solutionẽ contrarij. §. formati. tex. noster intelligatur secundum Andr. qđ vas. in feu. nullum habebat ius & dominus sibi infeudauerat rem alienam & ipse conuentus timens succumbere cepit aliquid pro feu. & dimisit feu. vel aliquo dato sibi retinuit ex causa transact. si dominus contra vasallum agat ad feudum vel seruitium poterit obijcere quod de re aliena fuerit facta ɔcessio feu. ideo habuit necesse concordare. tamen hoc est minus periculosum quia nõ licet vasallo propria autoritate interuertere possessionem domino. l. ij. & fin. ff. de acqui. poss. l. fin. C. si per viz aut alio modo. Ideo tenete vel intellectũ Bal. vel alium intellectum And. Oppo. contra qđ imo id quod accepit nunc in transactione debeat esse feud. vt probatur. j. quid iuris si post alie. feud. in. §. profecto. cum ibi nota. in glo. Solutio ibi loquitur de eo quod accipitur per alienationem feu. factam voluntate domini. Et sic casus sunt diuersi secundum And. de Iser. Opp. ad idẽ quod imo sit feudum: quia loco rei successit qđ dedi. l. imperator. in fi. ff. de lege. ij. & de peti. here. l. si rẽ et pretium. Solutio istud datum nomine transactionis non fuit datum vt esset in feudum neqz similiter receptum. & sic libera remanere debet. l. altius. C. de seruitu. ¶ Quero ab extra iuxta primaz partem an tale iudicium vel sententia preiudicet ceteris agnatis sicut preiudicat domino. Et respõdeo quod si in ipso iudicio fuit disceptatum de iure omnium agnatoruz & scientibus ipsis agnatis preiudicabit, alias non per. d. l. sepe. Et est ratio quia non scuerunt discuti de iure suo potuerũt interesse liti nec colluderetur & probationes adducere. l. si pater uxoris. ff. de ap. & ff. de inoffi. test. l. si suspecta. nam idem ius quod erat apud vasallum erat futurũ apud alios agna. sequentes & non diuersum merito si veniunt, et iz veniant ex persona propria & nõ ex persona victi tñ eodẽ iure. Sec⁹ est in persona domini. vt. §. ostẽsuz est. Quero si presupponam⁹ agnatos posse venire ad reuocan. an saltẽ viuente ipso vasallo sint exclusi ita quod necesse habeãt expectare mortẽ ipsi⁹ vasalli. & puto quod sic per ea quo no. glo. penul. & quod ibi dixi in. ij. hoc quoqz. §. de succes. ¶ Quero iuxta secundam partem, an transactio preiudicet alijs agnatis, dic quod non cum istud. c. hoc non dicat ar. l. si seruum. §. non dixit. ff. de acqui. here. & quod intellige etiam si sciuissent cum isto casu non necessitentur ad contradicendum prout facere tenentur in iudicio secundus quod. §. proxime dictum est secundum Andr. de Iser. & potest esse ratio: quia etiam inuitis agnatis potuit vas. transigere quantum ad ius preiudicium per ea que traduntur in. l. gaius de pign. actio. facit ad predicta quod habetur in. c. veniens extra de trãsac. & quod dixi in. c. j. in princi. j. de ali. feu. pater. & §. quibus mo. feu. amit. §. preterea. circa secundam partem quero quid si dominus cõuenit cum vasal. recipiente vt recipiẽs teneret in feu. rez receptam ab eo in quo tenebat rem dimissam, an tunc censeatur feudum: & dic quod non per regulam quia alteri stipulari non potest. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. ob.

1 Domin⁹ ex culpa per eum commissa in personã vasalli vel alterius priuatur feudo & proprietate.

2 Dominus eadem fide est obligatus vasallo, qua tenetur ipse vasallus domino.

3 Vasallus non acceptans proprietatez deuolutã non deuoluetur ad agnatos suos, sed videtur domino deuolutionem remisisse.

4 Dominus & vasallus procedunt in pari vbi agitur de priuatione feudi.

1 Domino. †Domin⁹ ex culpa per eũ ɔmissa in persona vas. vel alterius priuatur proprietate feu. que applicari debet ipsi vasal. dummodo ex eadem culpa vasal. fuisset amissurus feu. si eam cõmisisset. h. d. 2 †Not. quod dominus eadem fide est obligat⁹ vasal. qua tenetur vas. ipsi domino vt not. gloss. in. c. de forma. xxij. q. v. nam sicut vasal. ex delicto priuatur feu. ita & dominus proprietate vt hic. & j. qualiter do. proprie. priuetur. c. j. & dixi. §. de fo. si deli. c. j. & facit quod not. Barto. in. l. j. C. de expressis li. xj. in. l. fi. ff. de acceptila. intellige nisi alias ratio reformet pactũ quia vbi est diuersa ratio non equiparantur. l. pampi. exuli. ff. de mino. & ideo dixit. Bal. in. c. j. j. qualiter do. proprie. priue. quod si emphy. vel vasallus tenentur ex conuentione ad certam penam pecuniariam ad illam dominus non tenebitur lege, sed si interpellatur. §. si ab altera.

ab altera. ff. de arbi. ⁊. l. si de meis. in prin. ff. eo. titu. vt. j. dicã. No.
equalitatem inter dominum ⁊ vasal. esse seruandam, vnde equus
⁊ paria iura dendent prout dixit text. j. de pace iura fir. circa fin.
nam sicut p delictum commissum in dominũ per vas. vtile domi-
nium vasalli consolidatur cum proprietate domini. §. si. que fu. j.
cau. bene. amit. ita per delictum commissum per dominum conso-
lidatur proprietas domini cum vtili dominio ipsius vasal. vt hic
⁊ in. d. c. j. qualiter do. proprie. priue. ⁊ ex hoc habetis viã differẽ
tiam inter emphyteotam ⁊ feu. nam que dicuntur hic ꝙ cõuictio
ne siue fellonia domini feudatarius lucratur ꝓprietatem nõ sim
pliciter habent locum in emphyteota. nam si dominus alienat ꝓ
prietatem non per hoc illum perdit nec si cõtrafacit cõtractui em
phyteotico. Spe. ⁊ Jo. an. in ti. de loca. §. nũc aliqua. ver. xciij. In
no. in. c. potuit de loca. in. §. charta. Paul. de cast. in. l. sed si hae. §.
patronũ. ff. de in ius voc. nam alieno domino non reperitur pro
hibita: ergo permissa. l. qudam. C. de contrahen. emp. l. predia. C.
de conducto. ⁊ pcur. predio. fis. li. xj. facit quia nunꝙ priuatur quis
iure suo nisi expresse, lege caueatur. glo. in. c. si. de iure patro. cum
edcor. sed nullibi cauetur ꝙ contrafaciẽdo dominus directo pro
prietate priuetur ergo ⁊c. itẽ probatur quia spũliter hoc est pri
sum in vas. ⁊ domino inter quos ex mutua fidelitate agitur vt di
ctum est. item in exorbitantibus ⁊ odiosis dicta in feudis non ex
tenduntur ad alios casus vt dixi. ĩ. in preludijs huius commen
ti. ergo stat conclusio ꝙ dicta hic de vasal. ⁊ domino nõ hñt locũ
in emphyteota ⁊ domino directo. No. tex. ibi ad vasallũ † ꝙ si va-
sallus proprietatem deuolutam non acceptet non deuoluetur ad
agnatos suos sꝫ videtur domino remisisse deuolutionẽ. ita bal.
hic per hunc tex. ff. ad sil. l. diuus. ita no. secundum Bal. ibi perti
nere non aperit an ipso iure an per sententiam intelligi debeat sci-
licet per sententiã quia modus ⁊ forma traditus in vno correlati
uorum in alio videtur expressus etiam si aliud non dicatur. l. si. C.
de indicta vidui. tol. ⁊ ita tenet Bal. in. c. j. in princi. qualiter do-
minus proprietate priue. subijciens ibi per illum text. ꝙ etiam si
culpa est notoria, tamen requiritur sententia priuatoria. sed pun-
ctus stat an in casibus in quibus ipso iure priuatur vasallus de
quib⁹ in. c. j. in pri. ĩ. qui. mo. fe. amit. in. c. j. ⁊ ij. de feu. sine culp. nõ
amit. puta in alie. vt dictum est. in. §. fin. ĩ. que fuit pri. causa bene.
amit. priuatus est dominus certe attẽta ratione Bal. videtur qđ
sic: quia sunt correlatiua ⁊c. ideo cum ministerio text. hic vsus est
verbo infinitiui modi pertinere ꝙ ad omne tempus est equiuo-
cum ⁊ preteritum ⁊ futurum Bart. in. l. v. §. stipu. ff. de ver. ob. xñ
cum ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam. c. sicut
vrgeri. j. q. j. glo. in. l. creditoris. ff. de oper. no. nunc. non iudicares
absurdum dicere ꝙ cum non debet ita reuerentia per dominum
vasallo sicut econtra ⁊ vasallus suscipit prius liberalitatem a do
mino anteꝙ rependat regulariter etiam in modo pene irrogan-
de priuationis proprietatis deferatur domino vt per sententiam
non ipso iure sit priuatus facit in simili tex. in. c. j. in prin. ver. si ve-
ro feudum. ĩ. de cont. inue. vbi plus defertur domino ꝙ vasallo.
nam vbi est diuersa ratio vasallus ⁊ dominus ad paria non iudi
cãtur And. i. c. j. an ille qui interfecit fra. do. facuit que videbim⁹
in. c. j. ẽo si. j. de capi. corra. ⁊ ideo cum tex. noster vsus sit verbo in-
finitiui modi in dubio intelligemus vt non importet canonem la
te sententie sed frande glo. in regula in penis de regu. iur lib. vj. l.
interpretatiõe. ff. de pe. ⁊ ex dicto Bal. quod in penalibus ⁊ odio
sis dictum de vno correlatiuorum habet locum in reliquo, volunt
clarius Bar. in. l. j. C. de expressis. li. x. Gemi. in. c. j. de tempo. ord.
li. vj. Bal. in rubrica. C. de rebus cre. Bal. in. l. j. C. de sa. san. ec. op.
ab extra quod imo per delictum domini commissum in alium ꝙ
vasal. non debet proprietas feu. pertinere ad vas. sed ad agnatos
proximiores ipsius domini delinquentis sicut patet ecõtra in va
sal. delinquente in alium ꝙ in dominum: quoniam feu. transit ad
proximiores agnatos vasal. vt est tex. ĩ. que fu. j. cau. be. amit. i. §.
deniq. solu. dixit Bal. quod aliud est in delicto commisso per va-
sal. quo casu distinguitur an sit commissum in dominum: ⁊ tunc
feu. transit ad dominum, an sit commissum in alium quo casu trã
sit ad agnatos quibus erat aliqualiter spes succedendi ⁊ benefi-
cio concedentis vocati videtur vt vidimus in. c. j. ĩ. de gra. suc. in
feu. Sed quod proprietas feudi spectet ad aliquem quam ad do
minum non est tanta spes, neq quispiam videtur vocatus ad il-
lam, nisi prout ipse dominus voluerit. ⁊ sic proprietas sua est ma-
gis libera respectu agnatorum suorum ꝙ feudum quo ad agna-
tos vasalli. ideo non mirum si domino culpam committente non
fit transitus ad suos agnatos vt proprietas in eos vadat sed ibit
in vasal. indistincte vt est casus in isto. c. secundum ipsum qui ita
simpliciter intellexit. sed hoc non videtur rationabile aliter pro
ꝙ magis vasallus beneficietur ⁊ fructũ ꝯsequatur ex delicto do
mini ꝙ econtra tum quia vasal. iurat domino ⁊ recognoscit ac te-
net a domino non econtra vt dixi. ĩ. de for. fide. in. c. j. itẽ ꝙtũ ad
effectum ꝯqua lance se tractare debẽt inter se: videmus quod si va

sal. stat per annum ⁊ non petat inue. ꝙ priuatur feu. ita est ecõtra
si dominus stat per annum ⁊ nolit inuestire qđ priuatur proprie-
tate. ⁊ hoc ideo est vt seruetur, equalitas inter eos. ita no. glo. l. ti.
ĩ. per quos fi. ione. in fi. ⁊ ideo horum timore intelligit istud. c. in
feu. nouo quo casu ex delicto vasalli commisso in alium ꝙ i domi
num semper reuertitur tale feud. ad dominum exclusis omnibus
descendentibus agnatis ipsius vasalli prout late in. d. §. si. ita ⁊ in
casu nostro ex delicto domini i alium ꝙ vasallum semper reuerti
tur proprietas feu. in vas. exclusis omnibus agnatis ⁊ descenden
tibus domini. ⁊ hoc modo intelligendo seruatur equalitas ⁊ tol-
litur contrarium. similiter in feu. antiquo erit equalitas: qm sicut
ex delicto cõmisso per vas. in alium ꝙ in dominum feu. non debet
transire ad dominum: sed remanere debet apud proximiores agna
tos vasalli exclusis filijs vt ibi dixi. ita ex delicto cõmisso p dñm
in alium ꝙ in vas. debebit dominiũ feu. si est antiquum remanere
apud agnatos ipsius dñi exclusis filijs ⁊ non ad vas. ⁊ ita videtur
sentire Ja. ard. mihi videtur opi. Bal. posse sustineri. vt text. no-
ster loquatur in feu. antiquo ⁊ indistincte consolidetur ꝓprietas
cum vtili dñio. nõ obstat. alia. ꝙ non debent dñs ⁊ vas. ad impar
iudicari cum. ĩ. adductis: qꝛ in casu nostro est maxima ratio diffe-
rentie. nam in feu. antiquo statim est ius etiam inuito vas. grada-
tim spe quesitum alijs agnatis. c. j. ĩ. de suc. feu. ⁊ i. c. j. de gra. suc.
in feu. ideo nõ faciliter facto vasalli amittunt alij agnati ius suũ
§. si. ĩ. que fuit pri. causa bene. amit. sed in domino est sec⁹. nam in
sua proprietate omnimodam habet libertatem quo ad agnatos
patet quia potest dñs alienare feu. sine cõsensu agnatorum suoꝝ
dummodo alienet cum cõsensu vas. vt probatur in. §. ex eadem. j.
de. l. corra. ⁊ in. §. pre. duca. j. de probi. fe. ali. per fede. ⁊ in. c. ij. quo
tẽpore miles. que iura volunt ꝙ dominus non possit alienare fe.
sine consensu vas. sicut econtra non potest vas. sine cõsensu dñi. vt
j. de vas. qui contra cõsti. loth. feu. alie. ⁊ de probi. feu. ali. per fed.
per totum probant lexto illa iura ꝙ dñs pot alienare feu. sine con
sensu agnatorum suorum quia si requireret consensus agnatorũ
suorum tex. diceret sicut dicit de vasal. alienante feu. paternũ. vt
est tex. j. de alie. feu. pa. in prin. ⁊ sic pꝫ quod maiorẽ libertatẽ hꝫ
dñs in ꝓprietate feu. etiã antiq. quo ad suos agnatos ꝙ vasal. qꝛ
dominus potest sine eorum consensu alienare. vasal. autem nõ. d.
c. j. de alie. feu. pa. ergo vasallo delinquẽte distinguitur vtrũ offẽ-
datur dominus vel alius. c. j. §. deniq. ĩ. que fuit pri. causa bene.
amit. qꝛ si offendit dñs feu. reuertitur ad eum. Si autem offẽdã-
tur agnati feudum pertinet ad eos si feudum sit antiquũ. ⁊ ratio
est quã assignat tex. in simili in. c. j. in prin. j. de alie. feu. pa. in prin.
hoc est propter spem reuersionis quã habent. hinc est ꝙ vasall⁹
non potest eis preiudicare alienando: vt est tex. ibi in verbo reuer
sorum sicut ergo non potest alienando non poterit ẽt delinquen-
do pro quo facit doctri. Bar. in. l. si quis in tantam. in. iij. colũ. C.
vñ vi. ⁊ in. l. statius. in. §. fin. ff. de iure fil. vbi concludit ꝙ quando
quis prohibetur alienare fauore alterius contrahẽdo prohibet
etiam alienare delinquendo. Exemplum ponit de muliere que
sicut non potest dotem alienare cõtrahendo nõ potest etiã delin-
quendo hinc est ꝙ dos non publicat, nisi in casibus. l. quinq. ff.
de bon. dã. ⁊ benefacit. l. si finita. in fi. de vectig. lib⁹. ff. de dam. in
fec. ita in proposito sicut fauore agnatorũ non potest alienare vas.
non poterit etiam delinquendo ⁊ sicut non potest dñs alienare in
preiudicium vas. non poterit etiam delinquendo ei preiudicare. ⁊
quod sit bonum arg. de alienatione que fit per contractum ad alie
nationem que fit per delictum. probatur: quia sicut feu. antiquum
alienatum per vasal. irrequisito domino ⁊ irrequisito agna. perti
net ad agna. excluso domino vt est gl. in. c. j. §. quoq. in verbo par
tem. ĩ. de suc. feu. ⁊ ibi Ja. de bel. ⁊ And. de iser. in. c. j. §. si fuit. q.
mo. feu. amit. Jaco. de bel. in. c. imperialem, de probi. feu. alie. per
fed. ita etiam vasal. cõmittente feloniã in aliũ ꝙ in dñm feu. perti
net ad agnatos tex. est in. c. j. §. deniq. q̃ fu. pma cau. be. amit. que
ratio cessat in agnatis domini qui nõ habẽt spem reuersiõis, ni-
si ad voluntatem domini: ideo potest dominus alienare sine eorũ
consensu ⁊ eis preiudicare vt. ĩ. probaui. ergo etiam delinquendo
cum sit bonum ar. ⁊ per ista patet responsum ad fundamenta
⁊ ratiões alia. dum dicit quod a pari procedunt ⁊ iudicãtur va-
sal. ⁊ dominus. c. j. qualiter dominus feudi proprie. priue. quia est
verum vbi militet eadem ratio sed in casu nostro est diuersa ratio
quia agnati vasalli habent spem reuersionis: ideo feud. facilius
pertinet ad eos. sed agnati domini non habẽt spem reuersionis:
ideo per delictum dñi non acquirunt sibi feu. non ob. etiam aliud
fundamentum alia. ꝙ absurdum esset ꝙ vasal. magis beneficiare
tur propter delictum dñi ꝙ dñs ob delictum vasal. quia nõ est ve
rum, imo esset maius absurdum tenere opi. suam. nam si vas. de-
linquente feu. reuerteretur ad dñm dominus beneficiaretur cum
alterius dãno. s. agnatorum ipsius vasal. qui spem habent reuer-
sionis contra. l. ij. §. merito. ⁊. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo-
co publico. cõtra. l. nec auus. C. de eman. libe. ⁊. l. nã, hoc a natura.

ff.de condi.inde.sed domino delinquente.licet feud.pertineat ad vasallum non beneficiatur vasal.cum alterius dāno q: agnati domini non habent aliquod ius sicut agnati vasal.vnde teneo opi. Bal.pro qua pondero hic esse tex.in generalitate sui dū3 vult generaliter ⁊ indistincte feu.ptinere ad vas.nec distinguit inter feu. nouum ⁊ antiquum ergo indistincte venit intelligendus.l.de pretio.ff.de publi.l.j.§.generaliter.ff.de lega.prestan.tenendo tamen opin.Bald.limita non procedere in crimine proditionis contra principem quia domino committente tale delictum ex quo bona sua veniant confiscanda proprietas feu.non transfertur in vasal. sed publicat ⁊ applicatur camere fiscali.ita mirabiliter determinat And.de iser.hic dicens quod ita se habet vsus ⁊ consuetudo motus etiam quia esset inconueniēs quod vasal.efficiatur dominus proprietatis illius proditoris.⁊ respondet ad istum tex.qđ debet intelligi de offensione facta in aliam principaliter:sed in consequentiam facta in ipsum vasal.puta si dominus acriter verberasset famulum vel seruum vasal.in opprobrium ⁊ sigillationem suam ⁊ ar.l.item apud labeonem in.§.si quis sicut.ff.de iniur.vel aliter quod iste tex.restringitur ad causas expssas in sua materia. ⁊ ita etiam secundum Alua.videtur sentire Spec.in tit.de feu.in §.quis ver.quadragesimo.licet contrarium videatur sentire Barto.in.l.si finita.ff.de dam.infec.in.§.de vecti.⁊ contrariam sententiam de iure quod imo:hoc casu proprietas feudi non publicetur tenet ipse Alu.hic per tex.in.l.fi.§.si libertinū.ff.de.bo.dam.⁊.libert ipse non iudicat.probat text.dum loquitur de liberto quia libertus ⁊ vasal.equiparantur.glo.est in.c.j.in verbo reuerentia de mili.vas.qui contu.est Bal.in.l.liberti libertæq3.C.de oper.liber. in.xiv.col.adducit etiam tex.in.§.aliud quoq3.j.de prohi.feu.alie. per Fede.puto q opi.Alua.sit de iure verior.licet secundū3 cum curie multorum principum contrarium obseruet.Et vltra per eū

4 allegata maneo †:quia vbi agitur de priuatione feudi,dominus ⁊ vasallus a pari procedunt ⁊ iudicātur.c.j.qualiter dominus proprietate priuetur Bald.in.c.j.§.fi.per quos fiat inuesti.modo habeo quod vasallo delinquēte taliter quod bona sua veniant confiscanda feudum non publicatur:sed reuertitur ad dominum si est nouum3 si est antiquum vadit ad agnatos fisco excluso tex.est in.c.j. §.denique que fuit pri.causa bene.amit.⁊ in capitulo primo si vasallus feudo priuetur in capitu.si vasallus.si de feu.fuer.contro.inter do.⁊ agna.in.c.imperiales.§.aliud quoq3.de phi.feud.alie.p Fed.in.c.felicis.⁊ in.c.quibusdam.extra de pe.Bar.⁊ Imo.⁊ alij in.l.finita.§.si.de vecti.ff.de dam.infec.ita etiam debet esse econtra domino delinquente:quia non debet feudum publicari,sed trāsferri in vasallum3 excluso fisco,⁊ bene facit doctri.Bal.s.adducta in precedēti questione ⁊ ita reperio tenuisse Rudo.ro.in.l.si finita in.§.si de vecti.ff.de dam.infec.nec responsiões Andr.de iser.sufficiūt ad istū tex.⁊ primo dum dicit,quod se habet vsus q: fateor si ita esset p istū tex.in.l.minime.ff.de lega.tū ex quo And.de iser. fuit summus feudista.⁊ testat de cōsuetudine.videret standū eius dicto vt voluit Bar.in.l.de quibus.ff.de legi.tū hoc vltimo nō assumo q: multi.j.tenent cōtrariū nō est etiā bona responsio dicere q iste tex.restringatur q: tex.loquit indi.⁊ indistincte venit intelligēdus iuribus vulgarib⁹.Cogitabā verū opi.And.de iser.posset procedere forte in crimine lese maiestatis.vt princeps sit vltor iniurie sibi illate sicut i simili est tex.i.c.j.§.denique q fu.i.cā be.amit.

1 ☞ Feudū cōcessum hoc pacto vt inuestit⁹ ⁊ sui heredes masculi ⁊ femine ⁊ cui dederint habeant,retinet,propriā naturam.

Feudum. †In summa hoc vult feudū concessum3 hoc pacto vt inuestitus ⁊ sui heredes masculi ⁊ femine ⁊ cui dederint habeant retinet propriam naturā feudi donec apud eos remanet.cum vero fuerit alienatum desinit esse feudum.h.d.No.q si vasal.committat felloniā q priuatur feu.siue feudum habeat propriam naturam siue non.⁊ dicitur feu.perdere naturam feu.quando in inuestitura sunt adiecta ista verba ⁊ quibus dederint.que verba faciunt q licet feud.de sui natura nō sit alienabile.tamen per ista verba perdit naturam suam.⁊ efficitur alienabile in tantum q poterit vasal.sine consensu domini in totum illud quouis ti.alienare siue emptionis siue donationis siue alterius cuiuslibet alienationis.tex.est.j.de feu.non habente propriam naturam feu.Et istud est quod faciebat dubium:q: ex quo poterat alienari videbatur quod non deberet amitti per felloniā per regulam legis ⁊ in re man.C.manda.tamen contrarium deciditur in tex.⁊ ratio decidēdi fuit quia donec feudum est apud inuestitum dicitur esse ligatum vinculo fidelitatis.⁊ similiter heres suus.vt.s.de for.fide.per totum ⁊ regulatur tanquam3 feu.licet sit datum contra rationem communem feu.ideo amittit ex eisdem causis quib⁹ amitteretur propriū feu.sm doc.Addo bene facere tex.no.in.l.fin.in verbo reuerētia.C.de bo.lib.vbi text.q licet patronus remittat iuspatronatus liberto remanet tū libertus obligatus in ea que concernunt fidē ⁊ reuerentiam prestandam patrono.ita est dicendū in vasal.cū vas.⁊ libert⁹ equiparentur,vt dictum fuit.s.in tex.ibi ea.l.no.q pactū 3 naturam feu.v3 tenet ⁊ concordat tex.j.de feu.non habē.ppri.na.feu.⁊ rō est,q: pactum 3 naturam cōtractus v3.l.pacisci.ff.de pac.l.pacta cōuenta.ff.de cōtrahē. emp.l.luci⁹.⁊.l.dies spon.ff.depo.sed contra substantiā 3ctus nō v3.l.cum precario.ff.de preca.l3 qnq3 faciat transigere in aliā speciē cōtractus cui pactum cōueniet.l.vbi ita donat.ff.de dona.cau sa mor.⁊ de pacto 3 naturam feu.habes hic exemplum.Exēplum aūt 3 substantiam feu.esset si fieret pactum3 q vas.non recognosceret dñm in superiorem de quo videbimus.j.de feu.nō ha.ppri. na.feu.tertio no.ex isto tex.q licet verbū heres in materia feudali comprehendat filios masculos tm̄ ⁊ non personā extraneā.c.j. §.⁊ si clientul⁹.de alie.feu.tū qū sunt apposita ista verba.⁊ cui dederint istud feu.transit etiā ad extraneū heredē.⁊ licet feu.regulariter non possit alienare sine consensu dñi.tū isto casu poterit imo fortius ⁊ singularius sm Ja.de bel.⁊ alua.postq erit alienatum fellonia vasalli non nocebit emptori.aliam ⁊ singularem effectū operantur sm Nico.de nea.q: si concedo rem in emphyteosim tibi ⁊ cui dederis per ista verba poteris alienare domino irrequisito ⁊ facta alienatione statim es liberatus a prestatione canonis ⁊ cum eo transit simpliciter Alua.hic q nota que pulchra ⁊ quotidiana sunt.

Siticius. Hoc dicat pactū personale non extenditur ad personas non nolatas in pactis vel aliter pactū regulatur sm naturā rei deducte in pacto.no.q pactū appositū sup aliqua regulatur sm naturam ipsius rei.l3.n.verbū heredibus,compehēdit etiā heredē extraneū.l.heredū appellatione.ff.de verb.sig.tū in materia feudi nō cōprehendit personā extraneā.reliqua vero pertinētia ad materiā huius.§.videbim⁹. j.eo.qui finem fecit agnn.

De pace tenenda ⁊ eius violatoribus. Rubrica.

Hec rubrica cōtinuat ad pcedētes.s.in ti.pcedēti.visum3 est de cōtrouer.q oritur occasione feu.verū q: post discordias ⁊ cōtro.solent partes venire ad pacē ⁊ cōcordiā,ideo ponit rubrica de pace tenenda.itē quia metu pene quis non audet violare pacē.ideo ponitur secūda pars rubrice de eius violatoribus.

1 ☞ Lex non arctat neq3 ligat nisi in loco vbi est.
2 Offendēs alterum propter nouam discordiam non videtur rumpere pacē.
3 Occidere potest quis alium impune se defendendo vt vitā suam defendat.
4 Bona mobilia censent esse de eius territorio in quo reperiunt.
5 Pene pecuniarie crescunt ⁊ accrescunt secūdum qualitatē ⁊ enormitatem delictorum.

Fedricus hoc vult. Imperator federicus suadet pacem ⁊ vult q omnes obseruēt ⁊ statuit penā cōtra nō seruātes dicens q qui hominē.i.pacis edictū occiderit capite puniat,nisi per duellū probet quod fecit ad sui defensionem.verum si manifestum sit quod voluntarie fecerit cessat probatio per duellum ⁊ pena capitis punitur.si vero fugerit bona eius mobilia publicantur immobilia permittuntur eius heredibus dummodo iurent quod nullum emolumentum sibi prestabunt ⁊ ipsis contrafacientibus hereditas applicabitur fisco.qui vero infra pacis edictum hominē vulnerauerit sibi manus amputabitur.si autem aliquis sine sanguinis effusiōe aliquem percusserit,vel sine percussione eum inuaserit pena pecuniaria punitur.h.d.vsq3 ad.§.si clericus.⁊ no.†quod lex non arctat neq3 ligat nisi in loco vbi est de quo dic plene vt per gl.⁊ doc.in.c.ij.extra de consti.⁊ per gloss.in proe.cle.no.ex text.ibi inde ⁊c.quod lex noua quantumcunq3 penalis potest reseruare etiam penam legis antique facit.l.quotiens.C.de act.⁊ ob.per Cy.in.l.iij.de sepul.vio.⁊ per Bal.in.l.non est nouum.ff.de legi.facit quod videbimus de pa.iur.fir.te.§.iniuria.⁊ no.quod istud.c.habet locum generaliter siue imperator indicat pacem3 siue ciuitates inter se faciant pacem siue singulares persone:vt probatur hic secundū And.⁊ bal. ⁊ no.Bal.in rubrica de treu.⁊ pa.vbi allegat istum textum in versi.si

2 quis vero temerario.⁊ no.†q non videtur rumpere pacē qui propter nouam discordiam alterum offendit.quia de hoc nō videtur esse cogitatum sm ho.in.fi.de immu.ec.in nouel.in.c.cū inter per godofre.de renūcia.Bar.in.l.qui seruum.ff.de ver.obl.⁊ no.q iudex non debet admittere friuolas pbatiōes homicidij.No.pacē esse desiderandam ⁊ quod pax.fiat debent rectores terre esse solliciti no.in aut.de man.principum.⁊c.di.c.j.et per totum no.quod voluntarius homicida.j.pacem constitutā decapitandus est.⁊ rō est litere q: dat causas perturbatiōis pacis put in simili videm⁹ in.l.fi.ff.de re milit.⁊ hoc in glo.j.in prin.homicida quoq3 de iure communi illud quod fecit semper expectat vt dicit tex.i.l.iij.C.de epis.audien.Qualiter autem talis pena capitalis intelligatur in

homicidio. vide glo. insti. de publi. iudi. §. item lex cornelia ⁊ per doc. in. l. eiusdem. §. pe. ff. ad legem corne. de sicar. ⁊ sic habetis hic casum quod licet vbi lex simpliciter loquitur de capitali pena intelligitur de pena exilii glo. est in. l. i. C. ne iudei christia. manci. voluit imol. in. l. q. ff. de publi. iudi. in. c. q o in. iiij. col. de iureiuran. Illud est verum nisi ex subiecta materia aliud appareat. nam cum hic loquamur de pena contra homicidias ⁊ fractorem pacis absonum esse interpretari hanc. l. imponere homicide qui fregit pacem si penam exilii cum cuicunque homicide hodie imponatur maior pena glo. in. §. item lex corne. in ver. vltore gladio. insti. de publi. iudi. ⁊ probatur in. §. si quis alium. j. eodem vbi contra vulnerantem imponitur pena abscissionis manus. Ridiculum esset ergo intelligere quod minor pena facienti homicidium imponeretur quam qui hominem vulneravit. Not. casum in quo quis purgat suam innocentiam per duellum. putaverunt enim antiqui quod deus sit auxiliator iustorum. veruntamen quia multoties accidit contrarium vt quis sub iusto clipeo pereat not. glos. in. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leges aquil. ideo an hodie duellum sit licitum. j. dicam an victus efficiatur servus vincentis. Bald. in. l. j. contra. de lati. liber. toll. libertus. de statu hominum. No. quod vbi delictum est manifestum non habet locum pugna. nam vbi est clara probatio non habet locum declaratio. l. j. ff. de do. prele. c. hec quidem. xcvj. di. secundum Ja. de bel. quod enim patet expresse non est probare necesse. l. ea quidem. C. de actio. ⁊ obli. ⁊ not. an. l. cives de app. ⁊ sup. tali manifesto non debet iudex advertere ad frivolas probationes neque morari super ambagibus que allegarentur pro homicida secundum Bal. de quo te remitto ad ea que habentur in. l. qui sententiam. C. de pe. in. l. fi. C. de proba. ⁊ in. l. additos. C. de appel. Not. † quod quis se defendendo potest alium impune occidere vt vitam suam defendat: de quo tamen dic vt not. per gl. ⁊ docto. in. l. vt vim. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ in. c. dilecto. de sente. excom. lib. vi. ⁊ in. c. suscepimus. extra de homi. cum ibi not. ex ver. si vere pacis not. † quod bona mobilia censentur esse de eius territorio vbi reperiatur quia illi populo seu fisco illius loci confiscantur vt in hoc tex. ad quod facit quod habetur in. l. forma in. §. si vero. ff. de censib. Hostien. in. c. munis de iureiuran. faciunt que not. Barto. in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. ⁊ fide catholica nam civitates lombardie ex pace constantie habent fiscum. §. nulla. in autenti. de desen. civi. not. in. l. i. C. de bo. vac. lib. x. not. hic tex. secundum Jacob. de bel. ⁊ Bal. quod propter contumaciam delinquentis bona immobilia hodie non applicantur fisco. sed reservantur proximis quod secus erat de iure veteri. vt in tit. de requi. reis. C. ⁊ ff. ⁊ qui a dicit hic tex. a facie iudicis aufugerit intelligit Bald. quia citatus non comparet coram populo: publice faciunt que habentur in. l. fulci. §. quod si latuere. ff. ex qui. cau. in pos. ea. in. c. fi. de eo qui mittitur in poss. hodie idem esset si delinquens sit condemnatus vt bona non auferentur heredibus regu. vt in aut. bona dam. C. de bo. dam. et in corpore vnde sumitur. ⁊ in aut. de manda. prin. §. ops. ex quo patet secundum quosdam quod titulus predictus de requi. reis sit hodie correctus in rebus immobilibus de hoc no. gl. in. l. i. ff. de iure fisci sup verbo. l. ⁊ infra dicam ⁊ dicit Bald. quod vsque adeo stricte in delictis ⁊ penalibus procedimus quod si per statutum ex delicto quis fit bannitus ad mortem. quod si nihil dicit de bonis non publicantur bona facit que habentur per eundem Bal. in. l. i. C. de heredi. insti. dicam in. c. primo in principio. infra titulo primo no. quod in sententia potest apponi modus qui modus debet observari sicut conditio vt hic ⁊ in lege cunctorum cum ibi not. C. de senten. ⁊ interlocu. omnium iudicum not. quod in sententia potest arctari paro vt hic ⁊ in lege cum iudex. C. de senten. ⁊ interlo. omnium iudicum not. hic text. quod filius non potest alimentare partem bannitum vel hostem quod si facit punitur in amissione bonorum que sibi erant concessa ne patrem aleret. de qua materia plene per Barto. ff. de liber. agno. l. si quis a liberis. §. sed vtrum. no. ex hoc tex. quem privari debito iuris nature propter bannitum, de quo per docto. in lege prima. C. de here. insti. ad quod facit. infra titulo. proximo ⁊ quod not. in lege finali. C. de iure fisci. libro. x. ⁊ ver. si quis aliud not. quod quis non potest alium vulnerare impune, nisi faciat necessario animo se defendendi vt hic: quando autem dicatur vulnus ponit Bald. in lege pretor ait. ff. de iniuriis. ⁊ Bal. ⁊ in lege finali C. de edil. act. ⁊ attenditur an proposito occidenti an vulnerandi fecerit. lege prima. §. divus. ff. ad legem corneliam de sicar. ⁊ probatio quod animo se defendendi percussit, incubit percussori per ea que habentur in lege ad legem corneliam de sicariis. in. c. sicut dignum. de homicidio. lege si quidem. C. de exceptio. secundum Baldum hic ⁊ si modus defensionis excedatur licet non punitur in toto delicto tamen in aliquo ita Bald. hic Cy. ⁊ Bald. in repe. in. x. questione in lege prima. C. vnde vi. Joannes. in. c. significavit de penitent. ⁊ remis. solent allegari tex. in lege si adulterium cum incestu. §. imperatores. ibi Angelus. ff. de adulteri. voluit Joannes andreas in additio. Speculato. in titulo de homicidio in rubrica ecclesia Baldus in capitulo primo. §. si quis. si primo. infra de pace iuramento firmata tenenda in lege vt vim. in penultima colum. ff. de insti. ⁊ iure. Petrus de ancharano in capitulo primo. de homicidio. dominus Antonius in. c. olim. il primo pilium tex. de restitutio. spolia. Saliycetus i lege graccus. C. de adulte. Qualiter vero cognoscatur qualitas vulneris vtrum sit mortale vel non et qualiter probatur dixi supra quibus modis feudum amittatur in princip. nota in maleficiis servandum esse rigorem iustitie quod intellige secundum exigentiam cause quando maleficia probant ⁊ severius puniuntur sicut hic propter pacem violatam. probatur in simili in lege si vindicari. C. de pe. ⁊ in lege aut facta. in fine eodem titulo ⁊ est ratio vt vnius pena possit esse metus multorum. lege prima ad legem iuliam repetun. regulariter autem pena non debet excedere suos terminos. l. sancimus. C. de pe. ⁊ iudex debet habere moderationem. lege hodie. cum ibi no. ff. de penis quinimo in dubio sanctius est absolvere quam condemnare. leg. absentem. ff. de penis. ⁊ lege interpretatione eodem titulo no. pro vulnere illato tempore pacis manum amputari intellige And. illam cum qua deliquit. ⁊ in dubio de qua manu intelligimus in autentica sed novo iure. C. de servis fugiti. ⁊ intelligit hic de vulnere scilicet quod sit tale per quod appareat percussio in carne vel livor vel cicatrix, ⁊ cum sanguinis effusione. secus si vulnus est modicum. lege ob que vitia. §. finali. ff. de edil. edicto Bal. ⁊ Jmol. in simili in lege senatus. §. marcellus. ff. de legatis primo Rogel. in lege prima. §. sed sciendum. ff. de edil. edicto Bal. in capitulo cum adeo de rescriptis in lege finali. C. de edil. act. Ang. in lege si opignore. §. furem. ff. de furtis. in lege extat. ff. quod metus causa Ludovi. in lege prima. §. finali. ff. ad silla. Angelus de areti. in tractatu maleficiorum in verbo qua alia percussione et quod debet imputari manus. simile videmus in notario qui fecit instrumentum super alienatione illicita feud. vt infra de prohi. feu. alie. per Fed. §. scriba. similiter habes alios casus. in auk. de consuetu. et in auk. vt nulli iudi. §. finali ⁊ in auk. de manda. princ. §. coges. ⁊ in auk. sed novo iure. C. de servis fugiti. † No. etiam ex ver. si vero. temerarius quod pene pecuniarie crescunt ⁊ accrescunt secundum qualitatem ⁊ enormitatem delictorum vt hic ⁊ in. l. finali. C. de modo mulctarum. vtrum autem iste tales condemnationes que sunt taxate a lege vel statuto prout dixi, debeant solui secundum tempus legis conditae vel secundum tempus hodiernum quo dicte libre currunt dixit Spec. quod secundum tempus hodiernum de qua questione plene dixit in titu. de solu. ⁊ obli. §. nunc aliqua. ver. si. per Bald. in. l. illud. C. de sacrosan. ecc. ⁊ per cano. in. c. conquerente de offi. ordin. in. c. cum olim. de censibus. in cle. si. de censi. per Bal. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. ⁊ de solu. in. l. paulus ibi Bar. not. quod ex eodem delicto quis non solum condemnatur parti lese, ⁊ iniuriate pro emenda sua, sed proceditur ad penam vt hic ⁊ in. c. j. cum ibi not. extra de iniur. ⁊ dam. dato. ⁊ ff. de iniur. in. l. pretor edixit. §. i. ⁊ quod not. in. l. si pro fure. ff. de condi. fur. ⁊ per doc. in. l. i. C. quando ci. actio preiudicet ⁊ not. in lege que pro vulgo de edil. edi. ⁊ si non habebit vnde solvat, luet in corpus secundum glo. hic. c. i. §. qui vero inopia. infra de pace iura. fir. ten. l. si. ff. de in ius vocan. no. quod condemnationes pecuniarie que fiunt in terra alicuius comitis vel baronis spectant ad ipsum comitem vel baronem non autem ad principem: secus autem si bona alicuius publicarentur seu confiscarentur: quia tunc talia bona confiscata spectarent ad fiscum principis, non autem ad ipsum comitem vel baronem vt in isto text. probatur. j. eodem. §. rusticus. ⁊ dixit hic And. quod hodie videmus dari feuda cum omnibus iurisdictionibus iuribus ⁊ pertinentiis suis sub quibus verbis intelliguntur accessorie ⁊ que in re sunt: scilicet fructus iurisdictionis que extra rem. vt Inn. in. c. cum ad sedem de restitu. spolia. vnde si esset baro habens merum imperium posset vassallos suos in culpis vel criminalibus vel contumacia punire in publicatione bonorum. quod potest iudex qui summam administrationem habet. l. si ad magistratum. C. de decurio. lib. x. ⁊ alia bona confiscata per eius sententiam quasi fructus iurisdictionis queruntur baroni videbimus in. c. i. infra que sunt regalia. Sed si bona per consequentiam veniant in fiscum, vel etiam mero iure propter crimen confiscantur, erunt domini non baronis vt hic tex. ita And. hic quod intellige verum si ea bona que confiscata sunt non erant feudalia ipsius comitis vel baronis sed propria ipsius delinquentis. Si vero erant feudalia spectantia ad mensam ipsius comitis vel baronis, tunc talia bona redirent ad baronem vel comitem non autem ad principem. vt infra de prohib. feu. alien. per Federicum. §. illud. ⁊ predicta procedunt quando ipse vasal. qui deliquit non habet agnatos. alias si haberet agnatos ⁊ feudum fuisset antiquum tunc tale feu. rediret ad agnatos vt dixi supra titulo proximo. c. domino. ⁊ supra que fuit pri. causa bene. amit. §. denique. ⁊ vide in Speculato. de feudis. §. quoniam vers. xi. item intelligas etiam predicta vera nisi ex iurisdictione vel consuetudine approbata per principem dicta bona confiscata spectarent ad ipsum comitem vel baronem quia tunc fiscus principis se non impediret vt probatur de pace constantie. in prin. ⁊ statim dicam in oppositio. ¶ Oppo. ab

iurationes. xi. q. i. Bal. in aut. habita. C. ne filius pro patre. tamen
dicite post doc. in locis preallegatis. maxime etiam Bar. in l. i. ff. de col
le. illi. et Bald. et Ang. in l. i. in prin. ff. quod cuiusque vniuer. not.
primo quod est collegium ciuitatis vel castri vel vtile ista colle-
gia et proprie loquendo vniuersitates iure gentium sunt licita: quia
hoc est ipsa necessitas facit ad hoc vt bene et beate viuatur. ff. de
iusti. et iu. l. ex hoc iure gentium. de quo Bar. in extrauaganti qui sunt re
belles in ver. lombardie. Istud est verum secundum antiqua tempo-
ra quando territoria concedebantur occupantibus: sed hodie in
territorio alieno non possunt ista fieri, nisi superior permittat vt.
ff. de vsufruc. leg. l. heres in fun. et de operibus publicis. l. opus
vnde dicit Inno. quod si aliqui volunt facere ciuitatem vel ca-
strum et ibi intus se congregant quod non habebit illa ciuitas
priuilegium ciuitatis nec habebit iurisdictionem, nisi superior
confirmet. similiter castrum non habebit priuilegium vniuer-

statis, nisi similiter confirmetur per superiorem. ita no. Inno. in c. cum ab ecclesiarum. de offi. or. facit in aut. de defen. ciui. §. interdum. subdit tamen Inno. vnum verbum quod eo ipso quod superior scribit, et tanquam ciuitati vel castro quod per hoc videtur tacite approbare: ita dicit ipse in d. c. cum ab ecclesiarum. quod commendat Bal. in d. l. j. in prin. not. panormi. in c. qr in causis. de procu. in cle. summis de sen. excom. vno tamen casu fallit vbi autoritate superioris non potest construi castrum vel fortilicium, nisi esset princeps. s. quando illud castrum vel fortilicium sit ad onera vel emulationem: vt. C. de fun. limi. l. quicunque castrorum lib. xj. † et ideo castra in confinio tempore guerrarum facta pace debent de iure destrui: quia sunt ad emulationem per d. l. quicunque. item cognoscitur collegium esse licitum quia est factum pro iusticia conseruanda et pro vtilitate publica sicut est collegium doctorum et collegium scholarium, sicut etiam sunt collegia artificum. nam dicit text. quod sine artificibus ciuitas bene et beate viuere non potest. ff. de nundi. l. j. item cognoscitur collegium esse licitum eo quod est constitutum ad honorem dei sicut sunt fraternitates disciplinatorum, nisi sint facte fictitie. vt not. gloss. in d. l. j. de colle. illic. et arch. xlij. di. si quis fidelium. item alijs duobus modis cognoscuntur collegia esse licita. primo modo quia ita lege vel statu. nominatim cauetur: vt. ff. quod cuiusque vniuer. no. l. j. in prin. et in ver. paucis etc. Secundo modo quia superior confirmauit. vt. d. l. j. de collegijs illi. et sic sunt quinque modi iuxta hoc quero nunquid etiam confederationes terrarum vel baronum sunt licite in hoc distinguo finem aut fiunt ad finem licitum aut illicitum. Primo casu ille confederationes valent: quia fiunt ad licitam defen. et hoc argumen. istius glo. nam per finem licitum indicatur quod congregatio sit licita et per finem illicitum quod sit illicita. vt. ff. de fideiuss. l. si a reo. saluo quod contra principem non tenet confederatio: quia semper autoritas eius intelligetur excepta presertim si eius subditi conspirent contra eum, sicut ponit Bar. in l. j. de colle. illi. et magis precise ponit Inno. in d. c. dile. de exces. prela. vbi vide. quero quid in parte gebellina et guelfa vtrum sint licite. d. Rox. consuluit quod non: quia iste partes vna faciunt ad emulationem alterius. et hoc consuluit in ciuitate tridenti tempore quo guelfi expulsi recognouerunt dominium ciuitatis esse ecclesie roma. dicit quod illa recognitio non valuit: quia aut fecerunt vt singuli et non preiudicat vniuersitati, aut fecerunt vt vniuersi et non potuerunt quia vniuersitas eorum non est licita. vnde per talem recog. nec ius nec probatio iure querit ecclesie roma. et hoc est ipsa veritas presertim qui expulsi non sunt in quasi possessione aliquid faciendi circa rempub. nisi forte esset expulsa maior pars a maiore partis ciuitatis et sub noie secte fecerunt collegium iuxta no. per Inno. extra de no. ope. nun. c. cum ex iniuncto. confederati autem dicuntur quando duo populi liberi, siue due ciuitates libere in vnum colligantur ad se inuicem protegendum et conseruandum. et idem potest dici de duo. castris vel duabus prouincijs dummodo libere sint et superiorem non recognoscant ita tex. in lege non dubio ff. de capt. et postli. reuer. ibi Bar. ita Baldus. in lege executorem. in. xiiij. col. C. de execu. rei iudi. Bar. in d. leg. si. de coll. illi. Inn. et cano. in d. c. dilecta. et ideo cum ista sit communis natura confederationum in dubio presumuntur facte confederationes in bonam partem. ita Bald. in disp. per eum padue disputata que incipit quedam ciuitas in. xj. et. ix. col. et in c. pri. in. iij. col. de iudi. car. in cle. pastoralis in. vij. not. et ideo dixit Bar. in extrau. qui sunt rebelles in verbo occulte quod ciuitates subiecte non possunt facere tales confederationes inuicem et si fecerint sunt nulle ipso iure per hunc text. nostrum quod intelligit verum principe illo existente in partibus vel existente ad eorum defensionem: sed principe absente vel etiam nolente eos defendere possunt pro defensione sua facere huiusmodi colligationes et facit quod vult Bal. in c. j. in. iij. col. de iudi. et in suprascriptione flor. in fi. col. et quod vidimus s. in prelu. circa materiam homagij in. v. q. principali. et propter predicta dicunt conclusum est quod liberi populi faciunt confederationes. dixit Ang. in consili. cccxlij. quod inci. charissime frater. quod inter dominum et subditos non est dare confederationes et facit ad predicta quod vult Bal. in rub. de treu. et pa. licet pacem inire possit et ciuitates et quarterij ciuitatis et nobiles etiam subditi inuicem tex. est no. in §. si quis vero temerario. s. eo. quem §. commendat Bal. in d. rub. de treu. et pa. in fi. col. facitque que dixi in c. j. in prin. s. de pa. te. nec per talem confederationem inducitur aliqua subiectio vult card. in cle. ne roma. de elec. et est bonus tex. in d. l. non dubio. sed solum vnus efficitur sub protectione alterius facit quod vult Bar. in l. j. C. de ex. in. mune. li. x. et effectus harum confederationum pendet ex vi verborum. et tantum operatur quantum sonant verba. ita Bal. in l. executorem in. xiiij. col. Et ideo si esset pactum de colligatione ineunda non haberet effectum confederationis vt vult Ang. in l. lucius ff. solu. matri. nam aliud est pactum de confederando aliud est confederatio vt no. per Bar. in not. et mod. in simili in l. si fideiussor. §. meminisse ff. de leg. j. et si esset contentio post tale pactum quomodo debeat concipi confederatio. tunc arbitrio clausule erunt componende vt vult Ang. in l. de die in princ. ff. qui satisda. cog. tamen talis confederatio intelligitur vt se defendant inuicem in casibus licitis et a iure permissis. vt vult Bal. in auten. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. et faciunt que vidimus in c. g. in princi supra. hic finitur lex. et per predicta ex quo vidētis quod confederatio est sicut quoddam pactum. et sic producit obligationem personalem l. conuentionum. et l. legitima. ff. de pac. c. j. extra de pac. habetis inferre quod si vna ciuitas confederata cum alia. primo se facit confederatam alterius secundo prima confederatio preferetur secunde. l. in operis. ff. loca. per quem tex. ita consuluit Ludo. de roma. consi. lxvij. incipit in christi. etc. vbi hoc necessarijs. Jo. and. in regula. contractus in mercurie. xia. de reg. iur. li. vj. spe. in tit. de aduo. §. j. ver. quid si aduocatus. et in ti. de feu. §. ij. ver. xij. et se. no. in simili Bal. in l. in adoptionem. C. de adoptio. facit glos. in l. ciues. C. de incolis li. x. et ita Joan. in c. recolentes. de sta. mo. et faciunt que vidimus in c. si facta supra. si de feu. fue. contro. nisi ex prerogatiua persone cum qua est facta secunda confederatio censeretur esse excepta a prima. vt videbimus. j. in. c. j. §. fi. de prohib. feu. alie. per fede. puta in papa vel imperatore vel supremo rege a quo habeo feud. nam illi videntur excepti a prima confederatione. et ideo secunda confederatio. licet proprie non possit dici confederatio vt patet per predicta cum talibus initis preferetur prime confederationi. et per tales confederationes inducitur quasi quedam societas vt patet ex his que no. Ange. et Bal. in d. l. j. quod cuiusque vniuer. no. Et ideo vnus colligatus statuendo vel alio modo non potest facere deteriorem conditionem alterius colligati. ita Bald. in l. j. in. ij. col. ff. si ex noxa. causa ag. Barto. in extra. qui sunt rebelles in verbo rebellando in. iij. colum. et ideo factum a maiori parte colligatorum ligat alios colligatos l. item magistratus. ff. de pace. et voluit Ang. in consi. cxcviij. quod incip. anno domini. Et is ille qui est maior et potentior in liga habet conuocare alios confederatos. ita Bald. in pace constan. in verbo maior. et in. ij. charta lecture. et facit quod vult Inn. de antiquiori de collegio in c. j. de maio. et obe. in c. cum nobis olim. de elec. Barto. in l. j. ff. de albo scriben. et l. non solum tenentur ad mutuam defensionem ad quam tamen non tenentur nisi pro possibilitate eorum et impotentia excusantur. vt vult Ange. in l. si ideo. C. de his qui. vt indig. sed etiam tenentur bannitos confederatorum suorum habere et ipsi pro bannitis vt vult Bald. in d. ru. de treu. et pa. et facit tex. in d. l. non dubito. et quod no. ibi Barto. quinimo in rebelles vnius ex colligatis potest alia ciuitas confederata animaduertere et eos punire. ita Barto. in d. l. hostes. et in d. extra. qui sunt rebelles in verbo rebellando. Bald. in d. ru. de treu. et pa. in. ij. colum. quinimo elegantius dixit Barto. quod sicut offendens principem suum incidit in crimen lese maiestatis: ita offendens confederatum principis sui incidit in crimen lese maiestatis: ita Barto. in dicta extrauaganti qui sunt rebelles in verbo rebellando in. iij. colum. et ideo generaliter per tex. in d. l. non dubito. dixit ibi Barto. quod in loco confederato condemnatus de delicto potest puniri in alio loco confederato. Et ita Bald. in d. l. executorem. et communiter confederatio facta intelligitur etiam facta pro adherentibus sine quibus confederati pacem habere non possunt. ita Ang. in l. que religiosum. ff. de rei vend. sicut e contra diffidatio trahitur ad adherentes vt vult Bal. in l. ij. C. de seru. et aqua. et talis colligatio restringitur et legitimatur a sua causa vt vult Ange. in l. emptor § lo. ius. ff. de pac. et Ludo. in consi. cccxliiij. quod incipit omnipotentis etc. in. ij. colum. Bal. in d. l. ij. C. de seru. et aqua. in. xiiij. colū. et dicuntur proprie adherentes qui nullo necessitatis vinculo sed sub protectionis specie alteri ciuitati vel principi adherent. vt vult Ang. in aut. de heredi. et falci. in prin. et in d. consi. cccxlij. quod incipit charissime frater. et ideo sedes apostolica nunquam facit pacem quin includat etiam adherentes suos. c. ad apostolice. de re iu. lib. vj. et ita communiter seruant alij principes: vnde per predicta habetis inferre quod si confederatio esset facta ad tempus prefinitum quod lapso tempore expiraret confederatio. ita bald. in extrau. pacis constan. in verbo item societatem. facit quod no. Ang. in d. l. emptor. § lucius. et in l. si vnus. in prin. ff. de pac. et quod no. Bald. in c. ad hec. de appel. et subdit Bald. in d. verbo item societatem quod si post lapsum tempus confederationis ciuitates vel principes sibi inuicem prestant subsidia et fauores non videntur renouare confederationes per ea que habentur in l. si cum hermes. C. locati. l. idem queritur. §. qui impleto. et ibi per Barto. ff. locati vnum non omitto quod in istis confederationibus vnus alteri non tenetur, nisi quatenus fuerit requisitus. ita Bald. et ibi dixi in c. j. s. de no. fi. for. nec etiam omitto quod voluit Pan. consil. cxxxiij. incipit in christi etc. viso supra scripto puncto in. vj. et. vij. colum. quod per tales confederationes non ligatur

ligatur quis ad faciendum contra coniunctos etiam cognatione spirituali ⁊ pro eo facit quod no. Bal. in l. generaliter. ff. de in ius vocan. ibi Ang. Bal. in l. i. C. qui accu. Ludo. in l. i. ff. de in ius vocan. Bal. in auth. nisi rogati. C. ad trebel. Saly. in l. testis idoneus de testi. in l. si quis alumnam. C. de nup. in contrarium faciunt que consuluit Bar. in consi. quod inci. in q. vertenti inter dominum symonem. ⁊ Bal. in l. parentes. ibi Saly. C. de testi. dum tenet quod imo compater potest esse testis licet pater non in consil. Pau. vide de verbis promittentis defensionem terrarum quas tenent quid importent pro paulo facit Hostien. in c. grauem de excessib. prelato.

Episcopus. Monet imperator episcopos locorum vt huiusmodi violatores pacis excōmunicent ⁊ venientes contra predicta. s. facientes conuenticulas atque coniurationes donec satisfaciant. hoc dicit. no. ex hoc tex. quod de iure ciuili spectat ad officium episcoporū facere tueri ⁊ conseruare pacem ⁊ punire violatores pacis. de iure vero canonico expeditissimum est vt in c. i. extra de iudi.

☞ Receptatores violatorum pacis ⁊ ementes predam ex dicta violatione captam puniri debent eadem pena qua ipsi violatores.

Exceptatoribus. In summa hoc vult † receptatores violatorum pacis et ementes predam ex dicta violatione captam puniri debent eadem pena quo ipsi violatores. hoc dicit. not. receptatores puniendos eadem pena qua delinquentes: ⁊ est ratio quia sine receptatore non possunt malefactores diu latere l. cōgruit. ff. de offi. presidis. ⁊ l. i. ff. de rece. ⁊ in glo. i. hic posita. item quia eos receptando videntur quasi consentire delicto ipsorum. ⁊ per consequens tanquam consentientes pari pena sunt puniendi per l. si quis economus. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in glo. ii. hic posita in prin. no. quod ementes predam captam a violatoribus pacis puniuntur eadem pena cum violatoribus: ⁊ est ratio quia incidunt in suspitionem eiusdem criminis l. ii. C. de fur. ⁊ intellige predicta quando emens sciebat rem esse captam ex dicta preda quo casu etiam si ambulasset per plures manus idem iuris esset l. sed vbi. ff. de mi. secus si ipse emens probabiliter ignorat quia tunc non teneretur per predictam. l. ii. ⁊ tenet Hostien. in sum. in ti. de resti. §. quod de preda. ⁊ in directorio iuris ⁊ meo ti. in §. quid de ementibus facit quod no. gl. in d. l. i. ff. de recep. quero cum glo. i. in ver. item forte quid si aliquis potuit capere violatorem ⁊ non recepit nec receptauit verum tamen pecunia accepta ab eo vel parte prede ipsum dimisit ire an teneatur eadem pena hinc statuta contra receptantes. ⁊ rūdet gl. quod sic quia videtur esse in pari causa turpitu. l. i. in fi. ff. de receptatori. quinimo secundum ius lombardorum si comprehendisset ⁊ dimisisset teneretur etiā ad emendationem totius damni vt. l. si quis furem lombar. de furtis ⁊ hoc voluit tota ista glo. que bene loquitur. quid autem si simpliciter fauit eis ad fugam. dic quod tenebitur tanquam fautor vt no. Gādi. in ti. de homicidio in ante penul. questione oppo. cum gl. ii. in dicti. hoc est verum ⁊c. contra istum tex. quod imo receptatores non teneantur eadem pena vt est casus in l. fi. ff. de recepta. so. ratio sanguinis illud ibi operatur quando quis receptauit affinem vel cognatum, quo casu mitius debet puniri de iure roma. vt ibi hic vero loquimur de receptante penitus extraneum. de iure autem lombardo inter francos nulla sit differentia an receptauit affinem etiā patrem ⁊ fratrem, vel receptauit penitus extraneum: quia semper talis francus receptans scienter latronem reputatur quasi latro ⁊ inducatur infidelis ad patriam sicut ille erat, nisi iurauerit cum. xii. testibus sacramentalibus qui similiter franci sint quod nesciebat eum latronem prout habetur in lombar. in ti. de furtis in l. quicunque post missam. ⁊ hoc voluit tota ista gloss. vsque ad fi. que bene loquitur: sed quia posses dubitare in quantum debeat trahi pena aduersus receptantem consanguineos ⁊ affines dic quod erit arbitrarium prout bono iudici videbitur. ff. de pe. l. hodie. ff. de effra. ⁊ expil. l. ii. §. i. ⁊ de ta. vir. l. i. §. penis. tunc dic vt per Bar. in d. l. fi. ff. de rece.

☞ Committens in legem nō potest implorare officium legis.

Preterea. Declarat si aliquis ex predictis nō vult iurare dictam pacem ⁊ eam tenere, determinat quod bona sua debent confiscari ⁊ domus sua debet destrui. hoc dicit ⁊ aliter non summo. not. quod † quis non potest implorare beneficium legis nec eo frui qui in legem committit vt hic ⁊ l. auxilium in fi. ff. de minoribus ⁊ in glo. fi. hic posita no. casum specialem in quo propter delictum venit domus delinquentis destruenda, ⁊ hoc operatur enormitas delicti contra violatores pacis quibus imperator iste in tantum stomachabitur vt deroget regulis iuris cōmunis que volunt quod propter delicta ciuitates non deformentur ruinis l. ii. §. si quis hominem. ⁊ in l. fi. ff. ne quid in loco pub. ⁊ in gl. i. hic posita ex quibus colligebat Ral. quod per statutum vel consuetudinem posset induci vt domus possent dirui: de quo per Cy. in l. cetera. §. si duobus. ff. de lega. i. quod secus esset de iure communi: vt l. ii. ⁊ l. nemini. C. de edif. priua. reperitur tamen altero casu in quo etiam de iure communi domus destruitur propter nimiam contumaciam citati ⁊ nolentis comparere. vt l. si is cum quo. ff. communi diui. sed tamen ille casus hodie correctus est secundum eundem per §. opz in auth. de man. prin. col. iii. ibi. dicit tex. quod iudex debet punire personam ⁊ nō bona vel ipsas res persone que delinquit ⁊ non res remanebit ergo casus spālis in isto §. vt domus destruatur vt hic. In cete. autem casib9 secus. quinimo dixit Bart. in d. §. si duobus. quod etiam ad debitum publicum non debet domus destrui. Et vide ad predicta que dixi post glo. supra vbi finitur lex in princi.

☞ Exactiones illicite sunt prohibite non solum a laicis, verum etiam a clericis.

Illicitas. Ad hoc vt remoueatur omnis occasio violandi predictā pacem prohibet imperator fieri illicitas extorsiones subditis: ⁊ presertim clericis imponēdo penā aduersus contrafacientes vt restituant duplum. h. d. † not. illicitas exactiones esse prohibitas nedum exigi a laicis: vt hic et in l. illicitas. ff. de offi. pres. ⁊ glo. i. hic posita. verum etiam multo minus a clericis no. quod extorquentes illicitas exactiones vel tributa. tenentur ad restitutionem dupli de super exactionibus lib. x. ⁊ tenetur princeps vel alius dominus exigens pedagia saluare soluentem in persona in rebus secundum Bald. hic ⁊ voluit Archi. in c. si quis peregrinos. xxiiii. q. iii. Lud. dicit quod hodie non seruatur in l. i. §. i. ff. de pub. ⁊ ad primum facit quod vult bal. in c. i. qui feu. da. pos. ⁊ in c. i. §. que sunt regalia. quinimo si talis extorsio illicita fiat aduersus ecclesias, non solū predicta pena punietur extorquens sed etiam excōmunicabitur ⁊ insuper perpetua deportatione punietur vt probatur in d. l. placet. in fi. C. de sac. san. eccle. c. non eo minus. c. aduersus. de immuni. ec. Et hoc voluit etiam gloss. fi. hic posita licet male seruetur secundum Andr. de iser. imo sunt excōmunicati. c. quāquam de censi. lib. vi. ⁊ cle. i. de immu. eccle. de quo plene per Ray. in sum. sua sub rubrica que sunt tales et fi. querit hic Bal. pone dominus territorij promisit quibusdam mercatoribus in suo territorio depredatis soluere omnem quantitatem que probabitur ab his roboratoribus sub pena dupli. modo probatur quod roberia fuit facta de certis rebus sed earum estimatio non probatur aliter quam per iuramentum: ⁊ inde secuta est condemnatio contra dominum ponamus in centum quam cōdemnationem dominus non soluit. ¶ Queritur an dominus teneatur ad penam dupli secundum formam pacti. Et videtur quod sic. nam certum est quod hic precessit dolus ⁊ crimen delinquentium. sed lege cauetur quod vbicunque constat de crimine, interesse vel damnum probatur per iuramentum vt. l. ii. ⁊ l. in actionibus ver. plane. ff. de in litem iuran. Et hoc propter difficultatem probationis vt no. in l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam ⁊ insti. de verbo. obli. §. pe. ⁊ C. vnde vi. l. si quā. ⁊ per Inno. c. extra quod metus causa. c. si. Secundo probatur sic cum super aliqua obligatione accedente imponitur noua conuentio. Ista noua conuentio informatur a prima causa ⁊ eius naturam sapit vt. ff. de verbo. obli. l. stipulatio. §. conuentionales. ⁊ l. triticum. est enim talis censenda conuentio qualis est materia super qua interponitur vt no. ff. de actio. emp. l. emptorem. § qui autem. ff. de vsur. l. si stipulatus. sed stipulatio interposita super materia criminis de cuius natura est vt licet actus ipse per iuramentum non probetur tamen ad probandum damnum ⁊ interesse sufficit iuramentum. cum igitur ista promissio habeat originem a materia per iuramentum probabili. ergo et in ipsa sufficit iuramentum. Tertio probatur sic quod vbi inest aliquid alicui actioni respiciens illius causam non solum inest illi que ducitur ⁊ immediate causatur ab illa. verum etiam occasio nate ab eadem causa vt. ff. de dona. l. si quis id quod. ⁊ ff. de fideiusso. l. tutor. Sed ista facultas probandi inest actioni respicienti eam: ergo ⁊ respicit causa tum probatur vbi penalis stipulatio interponitur super concedenti obligatione intelligitur interposita secundum naturam illius vt. ff. de verbo. obli. l. quidam cum filium. nec mirum quia ad illam fit relatio. vt. ff. de iureiuran. l. sed ⁊ si possessori. §. sed si rerum. preterea nomine probationis continetur non solum probatio visus: sed ⁊ probatio coniecturalis dummodo lex habebat coniecturam pro veritate. vt. ff. de condi. ⁊ demon. l. lucius. sed hic apparet ex coniectura legum referendo nos ad obligationem, prout concernit robatorem: ergo talis intelligitur facta esse promissio qualis demonstratur ex causa precedente. ¶ In contrarium videtur. nam ista promissio habet in se conditionem si probabitur. vt. ff. de verbo. obli. l. qui rome. §. Angerius. Sed probatio per iuramentum non est proprie probatio, sed aut est suppletio aut releuatio ab onere probandi. vt. ff. de iureiuran. l. cum qui in prin.

Et si posset dici probatio est summaria & non plenaria. ff. ad exhiben. l. thesaurum. que non sufficit vbi agitur de pleno & grauj preiudicio, vel vbi cōtractus forma. vel vltime voluntatis requirit probationem fieri vt. ff. de condi. & demon. l. lucius. facit quod no. in l. j. §. si de ea. ff. de ventre in pos. mitten. ff. ad carbonia. l. iij. §. cause. iuramentum est patrocinium summarie cognitionis. & vide quod notatur. C. de iure deliberan. l. fi. §. in cōputatio. per Cy. ergo non est completa conditio sub qua promissa est pena. natura enim conditionum est hec q̄ dēt formaliter & indubitabiliter & de iure communi & ad vnguem adimpleri vt. ff. de condi. & demon. l. mevius. & l. qui. §. heredi. in prin. & d. l. qui rome. §. augerius. & quod no. in l. ij. C. de insti. & subst. preterea iste dominus dr promisisse illud ad quod de iure tenetur. ff. de pbat. l. cū de indebito. ff. de solu. l. in cui. §. flaminius. sed domin⁹ territorij nō tenetur, nisi, cōtra eum liquido probetur de rebus vt no. ff. qñ ex facto tuto. per l. j. per Dy. & d. l. si quādo. per Cy. itē non videtur promittere nisi q̄ suo nomine debet vt. ff. de sol. l. & magis. itē verba ambigua debent intelligi f̄m id quod est verisimile vt no. ff. de pac. l. veteribus. & ff. de reg. iur. l. semper in stipulatione. item iuramentum est quedā probatio facta de qua non debet intelligi verbum pbatio simplr̄ prolatū: qr ex hoc sequeret̄ inconueniēs qđ qs obligaret se ad indebitū. & sic esset obligatio sine causa & posset elidi per exceptionē doli: & maxime qñ esset obligatio penalis vel odiosa vt. ff. de excep. doli. l. ij. §. circa. preterea vbicunq̄ sunt noua iura alias noua l. materia insurgit actio que retinet suā propriā naturā nec recipit aliquid extrinsecū ratione alicuius preābule obligationis vt ff. de noua. l. aliam. ff. de re iudicata. l. iiij. §. si ex conuentione. sed ista est noua obligatio exorbitans a forma obligationis legalis ppter penam insertā: ergo debet iudicari sua propria natura inspecta f̄m quā interesse est probandum nō iurandū vt. C. de sen. que pro eo q̄ interest. l. j. §. in aliis. preterea cōiter dicimus q̄ vna actio non solet sortiri naturam alterius a. & multo odiosam, l3 loco ipsius surrogeť vt. ff. de peti. he. l. item veniunt. §. eum predictimus. & no. in l. certi condictio in princ. ff. si cert. pet. item q̄ credatur iuramento est introductum in odium delinquentium qui tenentur ex delicto: sed dñs qui tenetur custodire territorium suū teneť ex quasi delicto. & ideo cōtra eū nō probatur interesse per iuramentū: qr nō inest dolus. l. j. & ibi Bar. ff. qñ ex facto. l. j. ff. furti aduersus nau. caupo. sta. Cy. in l. si qñ ibi Bar. in. l. ne quis. vbi videť decidere istam questionē. ff. de incē. rui. nauf. & Bal. in l. nūmis. ff. de in lit. iur. panor. in c. j. de resti. spo. & habetur per cano. in c. fi. qđ metus cā. & confirmo sic determinata causa. l. si doli in delinquentem determinatū habet effectū vt. ff. de iureiurā. l. admonendi. C. si ex falsis instru. l. iij. ff. de lega. iij. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de acqui. possei. preterea sententia de qua proponitur non fuit conuentionalis: ergo non debuit inferre preiudicium super pena de qua non fuit iudicatum. ff. de verbo. obli. l. qui rome. §. duo fratres. item sententia non solet esse maioris efficacie quā sine ipse probationes a quibus dependet ipsa sententia cum ex ipsis probationibus sumat effectum vt. ff. de iureiuran. l. sed & si possessori. §. fin. cum l. sequenti hanc partem teneo: quia de pena nil fuit cognitum nec iudicatum.

1. Contractus ad hoc vt iuramento firmetur duo requiruntur.
2. Sacramentū qualiter prestať per puberē ad hoc vt eum obliget.
3. Pubes iurans super contractu venditionis si postea reperiatur lesus vltra dimidiam iusti pretij, an non obstante iuramento poterit contrauenire.
4. Pubes iurans gñaliter non venire contra illū actum quem facit, an valeat sacramentū in omni contractu & cum quacūq̄ persona.
5. Pubes filiusfamilias renuncians per iuramentum macedoniano, an ligetur vt non possit contrauenire.
6. Pubes per iuramentum renuncians exceptioni non nume. pecu. an possit contrauenire.
7. Iuramentum an pariat aliquam obligationem, seu actionem tam de iure ciuili q̄ de iure canonico.

Item sacramenta.

In isto. §. non multū insistā: qr est materia aliena a materia feudali & ad saturitatem circa ista cōmentatus sum in ve. c. cum cōtingat. de iureiu. hoc intēdit pubes sponte firmans contractum suū per iuramentū non pōt contrauenire: secus si non sponte quo casu etiā si esset maior ɔtrauenire posset. h. d. no. † ad hoc vt iuramento firmeť cōtractus & efficiatur irreuocabile duo exiguntur. primo quod ipse contrahens sit pubes. scđo q̄ sponte iuramentū prestiterit altero enim horū deficiente posset reuocari contractus: pubertas ergo sufficit cum iuramēto ad validationē contractus quia videtur satis inhumanū cum in tali etate adhuc satis puberes possent de facili decipi a contrahentibus secum. & ideo alibi l. aut sacramenta puberum. dicit se reperisse henricum septimū imperatorem destinasse corrigere istam decisionem: quia multos facit puberes vagari per orbem destitutos rerum suarū emolumento adeo vt ad maiora crimina interdū deducantur: sed morte preuētus id facere non potuit. in multis autē ciuitatibus huic inhumanitati prouisum est per statuta & an tale statutū valeat & super hoc: quia est lōga materia & diuersitas inter scribentes remitto me ad no. per eos in d. aut. sacramenta pube. & in l. pactū. C. de colla. & per Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & hic & in l. si quis inquilinos. §. fi. & ibi Imo. ff. de leg. j. per Bar. in d. l. si quis pro eo. & per cano. in c. cum contingat de iureiura. intelligo tamē qđ licet videať esse dura decisio vt. s. dixi tamen habet rationē in se videlicet bonū anime & reuerentiā dei & sic cōuenit cū iure diuino naturali & iure gen. q̄ vult religionē & fidē seruari vt in l. j. in fi. & in l. ij. ff. de insti. & iure quam rationem etiā ecclesia cōsequi voluit, mādauit nō obstātibus humanitatibus supradictis vt probatur in c. quāuis. de pactis lib. vi. addo vt hoc etiā secundū Bal. iuramētū haberet hūc effectū etiā inter iudeos per l. qñ. C. de here. habetur in proemio ffoꝝ. not. q̄ licet regulariter ea que fiunt per vim vel metū teneant ipso iure veniāt tamē rescindenda l. ij. & iij. C. q̄ metus causa. non tamē est sic in iuramēto qr nullius est momēti vt hec. facit quod no. in l. isti quidē. quod metus cau. & in c. ad audiētiam quod metus cau. c. si vero. de iureiu. sicut videmus etiā idē in matrimonio vt l. si mulier. §. si dos. quod metus cau. & in c. cum locū extra de spōsa. & est hic ar. quod non sit necessaria absolutio a talibus iuramētis per metum extortis qđ an sit verū de iure canonico habetur in c. abbas. extra de his que vi metusve causa fi. in c. verum. & in c. si vero de iureiuran. qualiter autem intelligatur metus vel coactio violēta. dic vt no. de his que vi metusve causa fi. c. sacris. & per Bar. in l. j. §. que honorande. ff. quarū rerū actio non datur. & ff. quod metus cau. l. isti quidem. §. j. & l. penult. ff. de fur. & in c. ad aures. & in c. cum dilectus. extra quod metus cau. Bal. in c. causam matrimonij de off. deleg. no. quod iuramenta interposita de non exponendis querelis maleficiorum ista maxime sunt nullius momenti: ad quod faciūt no. per Inno. in c. ad nostram extra de iureiuran. quod facit in ar. ad iuramenta interposita in contractibus feneraticijs vt in ipso non teneat vt l. cum. qui nocentem. in princ. ff. de iniur. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. venio ad gl. circa quarum expeditionem. † quero itaq̄ primo cum prima parte qualiter debeat illud sacramentum prestari p puberem ad hoc vt habeat ipsum obligare. & respondet gloss. quod debet corporaliter prestari super aliqua sacra re, puta ligno vel lapide habendo voluntatem & cor ad deum, & licet videatur de iure non posse iurari per nomen vel caput capillos dei. vt in aut. vt non luxu. contra natu. tamen de consuetudine seruatur vt iuretur ad sancta dei euangelia que consuetudo in hoc debet attendi. & hoc vult gloss. vsq̄ ad ver. si. quid si iurauit &c. Et hac gloss. no. & elicias conclusionem quod consuetudo attenditur circa formam iuramentorum & sequitur Bald. vnde in hac ciuitate iuratur super quacunq̄ scriptura dato quod non contineť euangelia, sed bene habetur respectus per ipsum iurantem & deferentem ad ipsa euangelia: & ita no. per gloss. Jo. an. in cle. j. de here. facit que habentur in cle. j. de iureiuran. in c. vt circa de electio. lib. vi. vtrum autem si quis scienter & bona fide iuraret super ligno vel lapide ad sancta dei euangelia. tamen habendo respectum, vt quia dicat iuro super hoc ligno vel lapide ad sancta dei euangelia etiam, an obligetur iuramento & sit periurus si contrauemiat. & dic quod sic secundum And. de iser. quoniam qui falsum per lapidem iurat periurus est vt dicitur. xxij. q. c. ecclesie. sperauit enim nomen dei omnipotentis quod iurando inuocabatur. l. si quis maior. hic allegata in gloss. habetur etiam in capitulo & si christus. de iureiur: quia habetur respectus ad id quod mente agebatur. vt l. generaliter. §. fi. C. de iureiuran. & in c. quicunq̄. & in c. humane aures. xxij. q. v. & contra predicta videas etiam in Spe. de iureiuran. in fin. parte. iij. & xxij. q. v. c. qui periurat. oppo. subsequenter cum dicta gloss. in versi. quid si iurauit quid si iste pubes iurauit ore, sed nihil tetigit corporaliter cum manu, an habeat locum determinatio istius. §. & dicit gloss. quod non per. l. si alterius. §. fi. C. si minor se maio. dixe. & confirmo istam determinationem gloss. per c. vt circa in fi. de elec. lib. vi. Item quando iuratur nuda voce, non appellatur proprie iuramentum sed verbum vt in aut. de manda. prin. §. sed neq̄. & tenet Bald. & And. de iser. hic & licet dicatur quod inter simplex verbum & iuramentum non faciat deus differentiam: vt in d. c. & si christus. & ibi per Inno. c. iuramenti. xxij. q. v. tamen ecclesia facit differentiam. & facit pro hac conclusione gloss. j. d. c. qui iura. & quod dixit Host. in sum. de iureiur. Arche. in d. c. vt circa, & Jo. an. in cle. j. de hereti. facit quod no. gloss. xxij. q. j. in gloss. j. in summa. & quod no. in aut. iusiurandum quod presta. ab his in princ. quicquid hic dicat Iaco. de bel. quero subsequenter cum dic. gloss. in fi. quid si iste pubes non iurauit alias, sed mandauit alteri vt iuret pro eo in animam suam, an per tale iuramentum confirmabitur contractus suus secundum formam hic traditam. & ista gloss. arguit ad partes

& determin

⁊ determinat quod sic quam sequuntur doc.quoniã ea que fiunt in personam procuratoris intelliguntur fieri in personam domini.ff. de religiosis.l.ossa.⁊ si.fact.l.ita eorum.§.decuriones.ff.quod cu iuslq3 vniuersi.no.⁊ de admini.tuto.l.ita tamen.§.gessisse.⁊ extra de iura.calum.c.si.lib.vi.⁊ quod no.in.d.c.vt circa de elec.ad contraria autem allegata per glo.que est via brocardica.responde vt p doc.in.d.§.gessisse.⁊ per reg.in regula potest quis.⁊ in.c.qui per alium de regu.iur.lib.vi.Quero cum gloss.ij.an iste text.etiam habeat locum in impubere.dic quod non quia impubes non potest iurare etiam in sui vtilitatem quando sibi defertur a iudice.l.videamus.in prin.ff.de iureiur.Si vero a parte tunc non potest iurare,nisi ad sui vtilitatem.l.qui iurasse.in prin.de iureiur.Fallit in liberto impubere qui ratione operarum quas prestare potest obligatur iuramento vt quia sit ioculator vt.l.ij.ff.de oper.liber.Et hoc voluit ista gloss.licet non ita clare vsq3 ad versi.ita ⁊c.ex qua gloss.not.⁊ concinde quod ad validandum contractum per iuramentum requiritur quod iurans sit pubes factus vt hic.si vero esset minor pubere etiam dato quod esset doli capax non posset validare contractum per iuramentum licet committat reatum ratione periurij quia lex diffinit etatem ad contractum validan.ar. d.l.qui iurasse.⁊ hanc sententiam sequuntur doc.iuris ciuilis communiter omnes ⁊ refert Ang.ita obseruari ⁊ sic publice determinatum fuisse bonon.idem tenet Bald.hic.sed gloss.iuris canonici in.c.i.de delic.puero.tenet quod si sit doli capax quod tunc iuramento astringatur.Idem videntur sentire Iac.de bel.⁊ and.de Iser.hic.⁊ idem Barto.in aut.sacramenta pub.in infante proximo pubertati.per.l.impuberem.⁊.i.l.co.de fic.sicut ergo ex furto vel delicto obligatur vt abolo.itaq3 debet obligari ex periurio per d.c.i.de delic.puero.Et in hac dubieta.reperio Rapha.fulgo.in aut.sacramenta puberum tenentem priorem sententiam videlicet vt puberes etiam doli capaces non teneantur per istum tex.⁊ respondet ad iura in contrarium alleg.dicens quod aut querimus an pubes licet doli capax iurando peccet quia scienter falsum iurat quoniam tunc bene obligatur vt abolo ex periurio.vt.d.c.i. aut iurando non peccat se aliquid facturum.⁊ tunc licet postea iuramentum non seruet non incidit in periur.quia iuramento non ligatur ⁊ hanc sententiam sequitur Alex.tanquam equiorem.tamen iste tex.de se est satis rigorosus etiam in etate pubertatis.vt s.dixi vnde non vltra extendendus est ad duriorem rigorem.l.cum quidam.ff.de libe.⁊ post hu.⁊ in.c.odia ⁊c.nam infra dictam etatem presumptio legis est pro eo quod ignoret quid agat.l.ij.in fi. de fal.moneta.magna est etiam autoritas in glossatore in.d.aut. sacramenta puberum.⁊ Ja.columbi alterius gl.is isto.§.qui hac opi.simpliciter secuti sunt.quero subsequenter cum gloss.an iste tex.etiam intelligatur de pubere furioso iurante ⁊ respondet quod non dicens quod habeat locum in pube.sane mentis ⁊ hoc sequitur glo.vsq3 ad ver.quo.⁊ dic vt in ea. ¶ Quero subsequenter cum.d. gloss.an habeat locum iste tex.in pubere quod sit filiusfamilias in quibus casibus possit obligari ⁊ dicit quod sic vsq3 ad versi.sed nunquid ⁊c.quid si iste pubes esset vere seruus an habeat locum iste tex.si contrahat ⁊ iurat ⁊ respondet quod sic idem dicit glo.si esset putatiuus seruus ⁊ hoc voluit glo.vsq3 ad ver.idem quero ⁊ bene quero subsequenter cum.d.glo.an iste tex.habeat locum etiam si iste pubes habeat curatorem,⁊ contraxerit ⁊ iurauerit absq3 eius autoritate ⁊ ad hanc questionem allegauit glo.plura arg.pro et contra ⁊ tandem concludit ⁊ determinat quod sic,quod habeat locum siue adultus habeat curatorem siue non.⁊ dic vt in glos.recitando eam vsq3 ad si.quam glo.omnes doc.sequuntur ea potissima ratione:quia sacramentum putat eum maiorem.xxv.annis:ergo valet contract⁹ ac si esset factus a maiore ⁊ per consequens nõ habente curatorem:⁊ datur talis conclusio quod in omnib⁹ actibus gestis quibus maior ligaretur vt non cõtrauenire in illis pubes iurans similiter ligabitur.nam quod maioritas etatis operatur in maiore vt valeat quod agit ⁊ non veniat contra hoc operatur sacramentum in eo qui est pubes vnde vbi contractus factus a maiore esset nullus eodem modo firmatus a pubere cum sacramento erit nullus.⁊ probantur predicta in.l.i.C.si aduer.vendi.vbi text⁹ firmatus per minorem cum autoritate curatoris ⁊ iuramento nõ potest rescindi:ergo per istum tex.ad hoc vt aliquid operet necesse est dicere vt valeat contractus sine curatore.dummodo firmet iuramento.arg.l.si quis.ff.de leg.i.quero cum gl.iij.quid si iste pubes fuit inductus per dolũ ad cõtrahendum ⁊ iurandum,an habeat locum iste.§.vt videatur sponte contraxisse ⁊ iurasse determinatio est talis v.s quod iste pubes non dicatur sponte iurare qui dolo fuit inductus ar.C.de raptu virgi.l.i.in fi.vnde non poterit conuenire ad restitutionem in integ.⁊ si sibi opponatur de iuramento replicabit de dolo ar.C.de transact.l.sub pretextu.⁊ hoc vult glo. cum qua transeunt doc.qualiter autẽ probabitur iste dolus.dicit Bal.quod poterit pbari etiam ex enormi lesione per.l.pactum.C. de colla.⁊ per Barto.in.l.si.ff.de pacto.stipula.⁊ de transac.l.cum hi.§.in causa.qualiter autem fiat rescissio predicti contractus firmati iuramento ⁊ vtrum per epm vel iudicem laicum vide per Cano.in.c.ij.de pac.li.vi.⁊ de iureiur.c.i.⁊ Inno.⁊ Hosti.in.c.veniens.de iureiuran.⁊ in.c.si.de sepul.per doc.nostros in.l.si quis maior de transa.⁊ in.l.pactum.C.de colla.quero subsequenter cũ d.glo.quid si iste pubes fuit inductus blandicijs ad iurandum.an tenebit tunc contractus s̃m formã hic traditam.⁊ respõdet quod sic quia ex industria propria licitum est sibi acquirere.l.si defunctus C.arbitrium tutele.⁊ hoc voluit glo.vsq3 ad versi.item quod dicit ⁊c. ⁊ cum hac determinatione pertranseunt doc.fac.l.si quis maior.⁊ l.cum donat.C.de transac.s̃m Ja.de bel.quero cum gl.mag.in prin.iste.§.intelligatur de quocunq3 contractu vel actu etiam reprobato de iure cõmuni vt est dare exemplum.l.si quis inquilinos in fi.ff.de leg.ij.l.stipula.hoc modo.ff.de verb.obli.⁊.l.pe.ff.de obsequijs lib.in fi.⁊ respondet glo.quod non:quia in illis cum nõ valeat principale tanquam reprobatum a iure cõmuni non debet valere iuramentum tanquam accessorium.l.non dubium.C.de legibus.sed hic loquimur de actu qui non est reprobatus de iure cõmuni licet sit reprobatus fauore persone quo casu iuramentum habilitat personam ⁊ hoc voluit ista glo.in effectu vsq3 ad versic.item queritur qua glo.no.veram conclusionem etiam de iure canonico quod aut iuramentum interponitur super omnino phibitis.⁊ tunc non valet principale nec etiam sacramentum aut interponitur super his que aliquo casu permittuntur:tunc l3 non valeat principale non tenebit sacramentum vt in.c.cum contingat extra de iureiurando. de quo per Dy.in.c.non est obligatorium.de reg.iur.lib.vi.⁊ per doc.in.d.l.non dubium secundum Jac.de bel.⁊ Nico.de neapo.

3 †quero cum dicta glos.quid si impubes iurauit super contractu venditionis,⁊ postea reperitur lesus vltra dimidiam iusti precij an non obstante iuramento poterit contrauenire.Et respondet glo. quod sic.⁊ dic vt in ea que notan.loquitur vsq3 ad versicu.quid si maior ⁊c.intelligas tamen quod si iste pubes iurasset etiam non venire contra rationem precij vel quacunq3 alia ratione:quia tunc non posset obstante iuramento vt no.gl.in.l.ij.C.de rescin.vendi. ⁊ extra de emp.⁊ vendi.c.cum causam.secundum Jaco.de bel.hic. de quo dictis ⁊ per doct.in dictis locis vbi autem ipse pubes esset solum lesus.s.dimidiam iusti precij ⁊ iurasset:tunc non posset contrauenire secundum Jo.de bel.per.l.item si pretio.§.fin.ff.locat.⁊ in.l.in cause.ff.de mino.quod intelligas verum nisi esset dol⁹ per ea que dicta sunt.s.⁊ la hoc tex.quero subsequenter cum dicta glo.quid in maiore decepto vltra dimidiam ⁊ iurante non contrauenire,an poterit contrauenire.⁊ determinat quod non ⁊ bene ⁊ dic vt in ea vsq3 ad ver.sed quero.de quo plene videas per doc. in.d.l.ij.⁊ in.d.c.cum causa. ¶ Quero subsequenter cum gloss.an iste.§.habeat locum etiam si ipse pubes contraxit sine interpositione decreti ⁊ dicit quod sic probando tribus rationibus quas prosequere vt in ea vsq3 ad versic.item quero quoniam bene loquit. ⁊ de hoc dixi.s.in prin.huius.§.

4 †quero subsequenter cum dicta gl.quid si pubes generaliter iurauit non venire contra illum actũ quem facit,an valeat sacramentum in omni contractu ⁊ cum quacunq3 persona ⁊ arguit ad partes multum egregie.⁊ determinat quod si contrahendo commemorat dictum sacramentum ⁊ vult eo astringi quod tunc valet alias non.Et ita seruatur de consuetudine secundum gl.que omnia predicta latissime declarauit vsq3 ad versi.item quero ex qua concluditur quod iuramentum generale ad omnes futuros contractus non ligat ipsum contrahentes. postea ⁊ hanc conclusionem sequi videtur gl.in.l.i.C.si aduer.vendi.⁊ Ja.de bel.⁊ Nico.de neapo.hic.Sed in alia glo.in aut.sacramenta pube.⁊ in.c.licet mulieres de iurein.videtur tenere partem contrariã tanquam rationem vt vez obligetur contractibus futuris dato quod nõ fiat mentio in ipso contractu de predicto sacramento iã prestito.⁊ hanc partem videtur sequi Bar.ibi ⁊ Rapha.ful.per hanc rationem potissimam vez quia ex voluntate solius iurantis pendet iuramentum ⁊ iuratur deo qui vbiq3 presens est sicut p3 in rati habitione vt no.in.l.pomponius.ff.de nego.gest.⁊ hec videntur approbata per Inno.in.c.i.extra de iureiur.⁊ sic virtute dicti iuramenti possit constringi per censuram ecclesiasticam s̃m An. de Iser.Quero subseq̃nter cũ dicta gl.quid si iste impubes postquam contraxit ⁊ iurauit si non potuit tradere quia cecidit a possessione quam postea recuperauit vtrum teneatur tradere.Et hec glo.distinguendo determinat quod sic vt in ea vsq3 ad versicu.⁊ quidam ⁊c.Sed tu dic quod debemus considerare formam iuramenti;quoniam si iurauit tradere ⁊ tenetur solum semel tradere ⁊ semel tradendo liberatur in perpetuum.vt.ff.de contra.ben.emp.l.si cũ venderes.§.si.ff.de verbo⁊ signi.l.bonos.§.i.insti.de interdic.§.adipiscende.Si vero iurauit non venire ɔ vel tractare tunc tenetur restituere quia restituẽdo ⁊ non reddendo videtur facere controuersiã ⁊ contrauenire vt in hac gloss.⁊ ita tenet Rof.Nico.de neapo. And.de Iser.quero subsequenter cum dicta gloss.quid si iste pubes contraxerit ⁊ non iurauit,sed postea ex interuallo per iura

mentum firmat dictum contractum qui fuerat nullus, an habeat locum determinatio huius. §. Et determinat quod sic. et dic vt in ea vsque ad versi. item quero &c. et bene loquitur secundum do. fa- cit pro sua determinatione l. si. C. ad macedo. quero subsequenter cum ista glo. an iste. §. habeat locum non solum in contractu sed etiam in renunciationibus et distractus. Et arguit ad partes et fi- naliter determinat quod sic. et dic vt in ea vsque ad ver. quid si iura- uit &c. Et conclude cum ea quod iste tex. habeat locum in quocun- que distractu. quia hic ge accipitur contractus ar. §. de fide instru. l. cō tractus. licet stricte distractus non comprehendatur sub l. loquē te de contractu vt dixit Bal. in l. si. C. si tutor vel curator interue. Item quia eadem ratio cadit vtrobique. s. auctoritas et virtus sacra- menti. ergo idem ius statui debet. l. illud. ff. de ver. obli. secundum Ja. de bel. et hanc sententiam tenet glo. in l. ij. §. j. ff. de tute. et ratio distra. et in d. aut. sacramenta pube. ibi Bar. suadet ista alia ratio quia fauorabilior est causa distractus quia tractatur de liberando aliquem quam contractus vbi capit obligatio. l. arrianus de actio. et ob li. et ita tenendum est secundum communem sententiam doc. quicquid dixerit Cy. et Ray. qui tenuerunt contrarium de qua materia etiā per doc. in l. vbi pactum. C. de transac. quero cum dicta glo. quid si pubes iurauerit non venire contra sententiam vel contra confes- sionem suam vel contra arbitrium, an habeat locum iste. §. et deter- minat quod sic etiam dato quod non interuenerit curator suus subiungens quod licet non possit venire contra sententiam respe- ctu minoris etatis poterit tamen a dicta sententia appellare si- cut posset maior quia iuramentum predictum sustulit solum ob- staculum minoris etatis. non autem iuris communis vt. s. in prece- dentibus dictum est. Et hoc vult gl. vsque ad ver. quid si iurauerit &c. quam sequuntur doc. communiter in d. aut. sacramenta pube. in- telligas tamen hoc procedere nisi per iuramentum etiam renun- ciasset appellationi. quia tunc non posset appellare secundum An. de iser. in l. si. C. de tempo. appel. quero cum dicta gl. quid si pubes iurat non venire contra testamentum an erit ligatus virtute iura- menti vt non possit contrauenire. et si. glo. quod si iurauit de suo testa- mento tunc non ligabitur secus si iurauit de testa. alterius super quo maior potuisset pacisci quia tunc ligaretur quia tunc iuramentum nihil aliud operatur nisi quod facit ipsum maiorem vt sepius di- ctum est vt voluit glo. vsque ad versi. quid si filius &c. que bene lo- quitur. de qua materia dicatis per doc. in l. si quis a principio te- stamenti. ff. de leg. ij. et in l. j. C. de sacrosan. eccle. et in c. quamuis. de pac. lib. vj. quero cum d. glo.

5 † quid si pubes filiusfamilias per iuramentum renunciauit macedoniano an ligetur vt non possit contrauenire. et determinat quod non quia odiosum et contra mutuan- tes. Et dic vt in ea quia bene loquitur vsque ad versi. quid si mulier &c. et eam communiter sequuntur doc. licet Pe. tenuerit contra- rium insti. quod cum eo. §. et que diximus. quero consequenter quid in muliere pubere renunciante velleiano per iuramentum tum an obligetur etiam determinat quod sic quia velleyanum est in fauorem suum. ¶ Et dic vt in ea vsque ad ver. quid si minor &c. cui

6 que pertranseunt doc. † quero cum d. glo. quid si pubes per iura- mentum renunciauit exceptioni non nu. pe. an possit contraue- nire. et post varias opi. determinat quod sic exceptione doli et pro- bando pecuniam non nu. et hoc voluit gloss. vsque ad versi. quid si minor &c. Sed tu dic clarius secundum And. de iser. quod potest venire contra tanquam maior quia per sacramentum habetur loco maioris. qualiter autem maior iuretur no. plene in l. si ex cautio- ne. C. de non nu. pecu. et tenet Ja. de bel. quero cum d. gl. quid si pu- bes donauit causa mor. et iurauit non contrauenire an valeat et ob- ligetur vt non possit reuocare. et determinat quod sic quia est tan- quam maior sed maior posset sic donare vt non reuocet. l. vbi. ff. de dona. causa mor. ergo et iste pubes iurando nec ob illud quod. s. dictum est de testamento quia testamentum est publici iuris cui renunciari non potest et ibi dixit gloss. hic autem priuati cui potest renunciari. et hoc voluit ista glos. vsque ad versi. quid si donauit. et cum ea pertranseunt doc. communiter. quidam tamen dicunt quod aut donatio est facta simpliciter aut cum stipulatione et traditio- ne. primo casu sit idem quod in testamento. secundo casu proce- dat dictum glo. et hoc sequitur Nico. de neap. quero subsequen- ter cum d. glo. quid si pater minor diuidat inter filios suos eman- cipatos et iurauit non contrauenire, an poterit postea venire con- tra. et hec gl. non videtur firmare pedem nisi quod arguit ad par- tes vsque in fi. sed tu capiendo omnia membra glo. sic dicas secun- dum Jac. de bel. quod aut ista diuisio habet vim testamenti seu vltime voluntatis. et tunc potest contrauenire et sacramentum non valet per ea que dicta sunt. et ita intelligatur gloss. sec. l. quoties. l. si cogitatione. familie her. aut non habet vim testamen- ti. et tunc non poterit contrauenire vt in secunda opi. gl. hic posita per. l. ij. C. de dona. et tenet etiam Nico. de neapo. glos. alias etiam questiones et oppos. format dicite vt in ea que sancte loquitur et communiter approbatur. oppo. de gl. si. in l. si mulier. §. si. si. quod metus causa. vbi dicitur quod si vasal. inducatur per vim vel me- tum ad contrahendum quod tenet contractus quia coacta volun- tas pure est voluntas. sed tamen talis contractus annullatur ope exceptionis hic autem dicitur quod nullius est momenti quare male. Solu. huius timore quidam intellexerunt istum text. nul- lius momenti &c. s. quantum ad effectum et sic concordant. alij au- tem et melius intelligunt quod ista verba nullius esse momenti ad sacramentum referantur, non autem ad contractum. nam sacra- mentum non inducitur ad obligandum sed ad roborandum con- tractum ex quo oriebatur obligatio. et ideo effectus sacramenti tanquam debilior tollitur ipso iure contractus aut solum ope ex- ceptionis hoc voluit gloss. sed tu assigna aliam rationem quia hoc operatur natura iuramenti que est vt non sit vinculum iniqui- tatis, eo quod deus qui est ibi presens non assistit sed resistit pec- cato secundum Bal. in l. iuris gentium. in fin. de pac. verum autem de iure canonico tale iuramentum metu extortum sit aliquid vide plene in c. si vero aliquis de iureiur. et quod no. xv. q. vj. c. autorita- tem. et quod habetur per doc. nostros in l. ij. C. quod metus causa et videas quod ibi no. in gloss. et quod dixi. s. in secundo notabili.

